DE COMETIS LIBRI TRES

AVCTORE IOANNE BAPTISTA VENANZIO *Baſſo Curinaltenſi Medico.*

QVIBVS ACCESSIT EIVSDEM Pytagorica Conſideratio. Quo menſe editus fœtus viuere poſsit.



CVM LICENTIA DD. SVPERIORVM.

Peruſiæ, Apud Baldum Saluianum Venetum.

M D LXXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Diligenter inſpectis ac trutinatis quæ in præſenti libro continentur, nihil quod catholicæ aduerſetur fidei aut bonis moribus repugnet, imo uero multa ineſſe quæ non parum vtilitatis, curioſis, mentibus afferre poſsint animaduertentes. Qui typis mandaretur, quã digniſsimum putauimus. Nos Nicolaus Alexius pro uitatis hæreticæ, in Peruſina prouincia Cenſor. Ideoq. manu noſtra ſubſcripſimus 1580.

NOBILISSIMO VIRO PYRRHO STEPHANVTIO TVDERTINO IVRIS CONSVLTO CLARISS.

OANNES BAPTISTA

Venanzius Baſſus Curinaltenſis Medicus S. P. D.

SOLET quicunque aliquem amore proſequi in animo habet, tria potiſsimum ſeligere, quibus beneuolentia, amicitiaque comparatur: delectabile nempe, utile, uel honeſtum. His enim tribus Ariſtotelis teſtimonio adeo deuinciuntur hominum animi, adeo amicitia & familiaritas conflatur, ut duobus animis vnus euadat, una ſit ratio, una voluntas ficiatur. Quorum duo, quoniam honeſtatem non ſibi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

proponunt, ea ſunt, ut aliquo ex ipſis deficiente, fieri ne-
queat, ut longius prorogetur amicitia, & familiaritas ac
beneuolentia diu ſubſiſtant. Nam delectabile ſi deficiat.
(nempe ipſo propoſito ſcopo deficiente) qui fieri poteſt
ut & amicitia maneat? eſt enim quoddam externum bo-
num delectabile: unde ex re uel leui qualibet diminuitur,
ac deficit, ut pulchritudo: & ideo ob delectabile amici-
tiam cōtrahere iuuenes affirmat Ariſtoteles. Quapropter
cum ætate, morbo, Sole, aere, inedia, curis, & infinitis pe-
ne rebus depaſcetur pulchritudo; mirum minime eſt, ſi
iuuenes mille una die, unaq. horula amicitias contrahant,
& paullo poſt deſerant, & pilifaciant. Alterum uero finem
quem ſibi quidam in amando proponunt, eſt utilitas, quæ
ſolet ſenes potiſſimum irretire: eſt enim ipſis peculiaris
propriaq. tenacitas & auaritia: unde cum opes deficiunt,
quibus hic amor conciliatur, ut in nihilum tendat amor
neceſſe eſt: non eſt enim unde haurire queas, cum non ſit
amplius in amico accruus & utilis rei copia. Tertium au-
tem id eſt propter quod amamus, honeſtum. Id ſiquis ſibi
proponat, ſemper amat, nec eſt in amando uarius unquā:
cum honeſtum externum quid non ſapiat ſed internum:
at id quod eſt internum animi bonum eſt. Igitur ſiquis
amicum diligit propter animi dotes, fieri non poteſt ut
non ſemper amet. & abunde diligat. Animi uero bona
vel ſunt a natura, uel ab arte & induſtria: ſic benignum ho-
minem, & moribus ſanctiſſimis præditum amamus: ſic li-
terarum hominem beneuolentia proſequimur. Ego uero,
Pyrrhe Stephanuti, te quidem non ſolum amo, ſed & ue-
hementer diligo & obſeruo, & hoc equidem delectatio-
ne, utilitate, & honeſto facio: at iſtis non in re externa po
ſitis, ſed in animo illuſtri tuo collocatis. Tu enim cum ſis
iuriſperitus clariſſimus, adeo ſedulo literis operam na-
uas, vt de te ſæpius dixerim, id quod de Cornelio Muni-
cio

cio Aceliano, Plinius Nepos dicere ſolebat, amas ſtudia, vt ſolent pauperes. Solemus ædepol nos pauperes, utpote non habentes ex quibus vitam alamus, indefinenter litterarum ſtudiis uacare, vt ex ipſis & animum delectatione expleamus, & lucelli aliquid habeamus. Itaque max ma mihi eſt delectatio, cum animum tuum ita ad litterarum ſtudia propenſum uideo. Eſt etiam vtilitas mihi non parua, cum tecum loquor. Habes hercle artium circulum & encyclopediam: nam peritior es Grammaticus, celebris Rhetor, illuſtris Poeta: dextre enim medius fidius, & polite & argute ſcribis, inuentiones poeticas pingis, Poetarum omnes colores & Etruſca & Latina lingua adeo exprimis, vt non ſolum meus a tuis carminibus flectatur animus, ſed ita mulcetur, vt tuus ſemper eſſe deſideret. Clarus etiam Hiſtoricus es, cum & alienas probe calleas, & proprias Patriæ tuæ tam diligenter conſcribas vt eruditionis & pietatis ſimul gloriam conſequaris. Neque adeo videris expers diuinarum humanarumq. rerum cognitionis. Vtriusq. vero iuris prudentiam adeo tenes, ut in diſputando ſubtilitatem, in conſulendo ſinceritatem, in iudicando grauitatem tantam oſtendas, ut in admirationē tui vel prudentiſsimos grauiſsimosq. viros quotidie magis adducas. Honeſtatem autem in te tunc maxime capio, cum vitæ tuę integritatem conſidero, chriſtianos mores, & erga Deum & homines pietatem. Igitur ſi te diligo, ſi te amo, ſi te obſeruo, hoc non niſi ſumma cum ratione a me fieri poteſt. Accedunt etiam plura alia, quibus ad amādum aliqui capi ſolent: atque inter ea primò occurrit, quod ex illuſtri patria ſis profectus. Eſt enim Tuder originis vetuſtate, aeris ſalubritate, fructuum omnifariam copia & affluentia, amplitudine territorii, rerum geſtarum gloria, virorum illuſtriū virtute, & aliis quamplurimis præferenda Ciuitas, & paucis comparanda: plurimum uero ab

omnibus

omnibus facienda, quòd inde duo illa Italiæ lumina, Traianus Romanorum Imperatorum Iubar, & Martinus Primus ſanctiſsimorum Pontificum decus proceſſere: vt non mirum ſit, ſi tantam vrbem tot præſtantiſsimis & nobiliſsimis familiis abundare noſcamus. Inter quas ſplendet nobiliſsima Stephanutiorum in qua tu natus es familia; viris fortiſsimis pacis, belliq. tempore, per annos iam quadringentos diues non minus atque opibus affluens. Accedunt & aliæ quæ te exornant inſignes dotes, Illuſtriſsimorum Cæſiorum cognatio, & Illuſtrium Perrignanorum affinitas, principumq. virorum plurium familiaritas, & clientela. Hiſce igitur omnibus ductus, potiſsimumq. tuis animi dotibus, ac virtutibus, cum primum Caſsiam vt gubernares appuliſti, mea ſum erga te obſeruantia delectatus: & præſtare tibi aliquid aliquando decreui. Cum itaque in fine elapſi anni 1577. apparuiſſet crinitum ſydus, deque ipſo cum tu belle uerba faceres, multas difficultates proponeres, prætere a quæ coram diſſerui, decreui ſedens ea de re tres libros conſcribere tuoq. nomini conſcriptos dicare. Verum multę difficultates ab incepto me opere deterrebant: prima quod ſcirem multos egregiosq. uiros ante me de hoc argumento ſcripſiſſe varia quidem, & quidem adinuicem ſibi pugnantia. Secunda quod nemo hactenus eam rem abſolute ſimul & vna methodo compoſuit, ſed hic & illic ſparſim habebatur. Nam Epigenes, & Charimander, & Apollonius Mindus, qui de re hac fortè abſolutius ſcripſere, cum ſuis libris iniuria temporum periere. Seneca vero etſi librum de Cometis conſcripſit, ipſorum tamen differentias & effectus minime docuit. Tiberius Cęſar ſolum de Acontio Comete verba fecit, deque eo potius Poetice quàm Phyloſophice tractauit. Tertia, quod difficillimum ſit hiſce temporibus aliquid litteris mandare, cum ſiquid editur nō ſit omnibus prorſus numeris ab-

ſolutum

olutum (uſque adeo litteratorum hominum & in Italia
& in vniuerſa Europa innumerus propè numerus ingenia
xacuit) auctoribus inſamia potius quam gloria compa-
etur. Adde quod multa eſt lucidulorum atque naſutorū
ominum inuidentia, & facilis obtrectatio : quos ego ta-
nen preclari nominis tui munitus clypeo minimi facio.
Quarta verò, quoniam cum rei medicę deditus eſſem &
prȩſertim in populo numeroſo, rei medicæ totis viribus
acare licebat: quando res Medica ſedulo pertractari de-
eat. (eſt enim quoddam diuinum res Medica, quum Me
licus à Deo ſit creatus.) quare non poteram ſimul ſorbe-
e & flare. Poſtrema difficultas occurrebat, cum ſcirem mi
i aliquos libros, raros inuentu in quibus de Cometis ali-
uid conſcriptum erat, deeſſe. arduum enim, & admodū
ifficile, ut nō dicam quod fieri non poſsit, ſine librorum
bundanti ſupellectile aliquid conſcribere. quare puto
Ariſtippum Cyrenaicum; ut qui libellos in Ciſtula habe-
et, tenuem phyloſophum fuiſſe: Contra Ariſtotelem, cui
ngens librorum copia adfuit. At tu huic difficultati ſatiſ-
aciens Peruſiam miſiſti, (non quòd apud Bibliopolas eſ-
ent.) ſed extabant apud Clariſsimum phyloſophum &
Aſtrologum IOANNEM Bernardinum Raſtellium
miciſsimum tuum. qui ut litteris prȩditus eſt, ita & ſuauiſ-
imis moribus: & ob tuam erga omnes humanitatem co-
iam fecit. Vnde cum occaſio vt hoſce paruos libellos
onſcriberem, adfuiſſet; non erat niſi turpe libros haud
onſcribere. In quibus & Cauſſas, & differentias ac effe-
tus Cometarum conſcripſimus; & vt potuimus ad natu-
ales cauſſas (additis Diuino motu, ac voluntate) reduxi
nus. At ſi tibi (quicumque is ſit:) arriſerit labor, ad alias
aratiorem me reddes; & præclariſsimo nomini tuo, ma-
ora conſecrabuntur. Vale, & me vt facis ama. Vale.

PHILIPPI PALATII
Trebiatis Phyſici Diſtichon
Ad Lectorem.

Scripſerunt aliĳ hæc verum vt Venantius ipſe
Nullus adhuc Lector quod tibi dicat Opus.

CHRISOSTOMI MEMMII
LEONISSANI.

IAPETI Cælo ſubduxit Filius ignem
Palladis auxilio Cæli delatus in arcem,
Ignis & adductum miſeris mortalibus vſum
Ab Ioue tum retulit: magis at Venantius omni
Humano generi nuper prodeſſe videtur,
Aethereos dum ignes aperit, rutiloſq́. Cometas,
Tantarumque docet rerum cognoſcere cauſas,
Multaq́. Naturæ nobis arcana recludit.
Namque is cum cælis audax ſublegerit ignem,
In terras morbos immiſit Iuppiter omnes
Aethereos referens ignes ratione repelli:
Edocet hic morbos: prodeſt, delectat vbiq́ue.
Quid quæris lector? quæ ſunt digniſsima ſcitu
Omnia complexus Venantius ordine narrat.

EIVSDEM.

PYRRHI aſpirantis fretus Venantius aura,
Viribus ingenij lætus ad aſtra volat:
Naturæ quando nobis arcana retexit,
Et rerum cauſas nos ratione docet.
Nam quis eo melius deſcripſerit ætheris ignes,
Plurave maiori ſimplicitate refert?
Ergo multarum rerum perdiſcere cauſas
Qui cupit, iſtius nunc monimenta legat.

PYRRHVS STEPHANVTIVS
IOANNI BAPTISTAE VENANTIO MEDICO PRAESTANTISSIMO S. D.

RECTE putas, Venanti doctiſsime, plura quidem eſſe, tria illa potiſsimum, honeſtum, utile, delectabile, quę in hominibus amorem & amicitiā conciliāt: ſed illud nō inficiaberis vnum eſſe omnium prȩſtantiſsimum, quo quis ad amandum nō modo allicitur, ſed aſtringitur, ſcire ſe inſigni aliquo beneficio
b alio ornatum eſſe: hoc enim vinculo ſolet animus ad-
o deuinciri, ut cariſsima libertate depoſita cui multum
ebeat eidem plurimum debere velit, idq́. ſibi lucro, uo-
ptati, & ornamento tribuat. Quare non immerito ſolēt
qui beneficia conferunt prȩſtare. aliis, & quaſi hominū
ſcatores præ cæteris hominibus prope Deos coli, ſi prę-
rtim humanitate propria nulla ſibi ſiue meriti ſiue præ-
ii cogitatione propoſita, illud vnum præ oculis habētes

((adagium,

adagium, Beatius eſſe dare quam accipere, largiantur. Talem te mihi nuper & apprime docuiſti, & optime præſtitiſti. Cum enim pridem me virtus tua ad obſeruandum eloquentiam, ſapientiam, bonitatem tuam ad amãdum te ſic affeciſſet, ut me ipſum totum, Venanti, uenatus eſſes, tu non modo me mutua caritate complecti, ſed hoc inſigni munere, dicando nomini meo, quod alicui principi uiro debebatur, præclarum opus De Cometis tuum cumulare beneuolentiam & meritum noluiſti. Cum uero ea de cauſa ipſum tibi donum, & admirabilis humanitatis exemplũ gratiam referant, (ego enim profecto nunquam poſſem, & agere prope ridiculum, cum tamen habere me ſemper, omnibus palam ſit) illud vnum abs te etiam atque etiam peto, ut eruditiſsima ſcripta tua, præſertim libros De Italica Philoſophia, quibus oſtendis diuinarum ac humanarum rerum cognitionem Græcos Philoſophos ab Italis accepiſſe: Medicam Praxim, ſiue Medicæ artis Compendium, pauperum ſcilicet medicantium Enchiridion; Commentaria in quadrageſimum ſecundæ Conſtitutionis textum Hyppocratis, De morbis popularibus & abſolutas & in publicum quam primum edas. ſic enim fiet, ut & tu gloriæ tuæ culmen aſcendas, & ego qui tibi primus edẽdi occaſioné præbui, quaſi miniſter ęternitatis tuę nominis tui, omnino aliquam tibi uidear gratiam reddidiſſe. Vale.

ANDREAE PONTANI CERRICOLAE CARMEN.

Per terras tantum licet hic non ſerpere, Lector,
 Aſpiciens Baſſi ſydera tacta manu.
Aethereas ſedes, & cœli ſcandere curſus
 Fas eſt, vt doctum percipiatur opus.
Namque Cometarum primo cognoſcere cauſas,
 Qui ſequiturque liber nomina cuncta docet.
Poſtremo effectus qui ſint, & in orbe futuris
 Iam fuerit quantus præuia ſtella malis.

GASPARIS CIRCINI SPOLETINI
HENDECASYLLABUM.

QVOD de ſanguineis Sophi Cometis
Scripſere egregij, Benigne Lector,
Hoc Baptiſta refert libro Ioannes,
Cui vena ingenij dedit ſagacis
Cognomen reſonans plagas per omnes.
Te non ergo decet libros vagari
Per multos veterum: aſt iter tenendum
Eſt longè breuius, laborq́ nullus
Scandendo ſuperas domos Olympi
Reddet feſſum animum via patenti.
Nam paucis varios docet Cometas
Verbis, quodq́ de eis chorus Sophorum
Sentit. Præterea monet periclum,
Omnis quod fore nunciat Cometes.
Quæ narrando, obiter Ducum feroces
Pugnas nobilium ſolet referre,
Et peſtem miſeram, famemq́ diram
Quo circa cupiens tuam replere
Mentem, lætitia, hunc vide libellum.

INDEX CAPITVM QVAE TRIBVS

In his Libris de Cometis continentur.

LIBRI PRIMI.

PROEMIVM. carte 1
De nomine Comete. Cap. I. 1
Quid ſit crinitum ſydus ex ſententia Anaxagoræ Clazomenij. Cap. II. 2
Ex ſententia Pythagoræ, Platonis, Apollonij Mindi, Senecæ, & Cardani. Cap. III. 4
Ex ſententia Hyppocratis Chij, & Aeſchili. Cap. IIII. 6
Ex ſententia Stratonis Lampſaceni. Cap. V. 9
Ex Heraclidis Pontici ſententia. Cap. VI. 10
De ſydere Cæſaris. Cap. VII. 11
Anaxagoræ opinio de Comata ſtella refellitur. Cap. VIII. 12
Pythagoræ, Platonis, Apollonij Mindi, Senecæ, & Cardani opiniones exploduntur. Cap. IX. 14
Hyppocratis Chij, & Aeſchili opinio improbatur. Cap. X. 17
Stratonis Lampſaceni opinio damnatur. Cap. XI. 18
Heraclidis Pontici opinio reprobatur. Cap. XII. 19
Vulgi opinio de ſydere Cæſaris impugnatur. Cap. XIII. 20
Quid proprie ſit cincinnata, ſecundum ueram ſententiam. Cap. XIIII. 22

Libri Secundi Capita.

DE Cometarum generibus. Caput primum. car. 24
De crinito ſydere. Cap. II. 25

De Po-

De Pogonia. Cap. III. 27
De Acontiis. Cap. IIII. 28
De Xiphiis. Cap. V. 30
De Pythete. Cap. VI. 32
De Ceratia. Cap. VII. 33
De Hyppeo Comete. Cap. VIII. 35
De Androcomete. Cap. IX. 36
De undique iubato Comete. Cap. X. 37
De ſimplici Comete. Cap. XI. 39
De Cometarum coloribus. Cap. XII. 40
Quomodo colorentur Cometæ apud Aſtrologos. Cap. XIII. 43
Aſtrologorum opinio damnatur. Cap. XIIII. 45
De uera Cometarum coloratione. Cap. XV. 47

Libri Tertij Capita.

De effectibus Cometarum. Cap. I. 54
De ſiccitate. Cap. II. 55
De ventis. Cap. III. 58
De Terræmotibus. Cap. IIII. 63
De Fontium ſiccitate. Cap. V. 66
De ſterilitate. Cap. VI. 68
De Peſte. Cap. VII. 72
De Bello. Cap. VIII. 79
De Principum morte. Cap. IX. 84
De Regnorum euerſione. Cap. IX. 88
De ſectarum & legum mutatione. Cap. X. 93
De monſtris. Cap. XII. 96
De fluminum inundatione. Cap. XIII. 99
De uera cauſa & effectu Cometæ. Cap. XIIII. 102

AVCTORVM NOMINA
qui frequentius in hoc opere citantur.

ACTVARIVS.
Achilles Bocchius.
Acron.
Adrianus Cæſar.
Aelianus.
Aeſchilus.
Aetius.
Albertus Magnus.
Albucaſis.
Alcinous.
Alexander Aphrodiſienſis.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Picholomineus.
Aloyſius Luiſinus.
Alphonſus Ciccarillus.
Altimarus.
Amatus Luſitanus.
Anaxagoras.
Andreas Gallus.
Andreas Gabriellius.
Antigonus Chariſtius.
Apollonius Mindus.
Appianus Alexandrinus.
Aratus.
Archangelus Burgononus.
Archita Tarentinus.
Ariſtoteles.
Atheneus.
Auerroes.
Auenzohar.
Auennatha.
D. Auguſtinus.
Auicennas.
Aulus Gellius.
Auſonius.

¶ Bartholus Iuriſconſultus.
Bartholomeus Caranza.
Bartholomeus Caſſaneus.
Beroſus.
Bernardinus Aloyſius.
Blondus.
Boetus.
Boetius.
Braſauola.
Budeus.
¶ Calippus.
Callimacus.
Carolus Sigonius.
Caius Cæſar.
Cælius Aurelianus.
Cælius Rhodiginus.
Chalcidius.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Columella.
Cornelius Celſus.
¶ Dauid Rex propheta.
Daniel Barbarus.
Democritus Abderita.
Diogenes Laertius.
Dion.
Diocles.
Dioniſius Areopagita.
Dioſcorides.
¶ Egidius.
Empedocles.
Ennius.
Epigenes.
Eraſiſtratus.
Eudoxus.

uſebius.
utropius.
Franciſcus Valeriola.
anciſcus Philelphus.
anciſcus Sanſouinus.
onto.
Gabriel Falopius.
alenus.
entiles Fulginas.
eorgius Trapezuntius.
iſcaferius.
lareanus.
ratianus.
ulielmus Rhondoletius.
Haliabas.
eraclides Ponticus.
erodotus.
erophilus.
eſiodus.
ieronymus Cardanus.
ieronymus Fracaſtorius.
ieronymus Capiuaccius.
ieronymus Mercurialis.
ircius.
ippocrates.
ippocrates Chius.
omerus.
oratius.
oratius Augenius.
olaus Magnus.
¶ Iacobus Spenger.
amblicus.
oannes Aubanus.
D. Ioannes Apoſtolus.
oannes Baptiſta Bonfactus.
oannes Fernelius.
oannes Gandauenſis.
oannes Grammaticus.
oannes Herculanus.

Ioannes Picus Mirandulanus.
Iulius Pollux.
Iuſtinus.
Iuuenalis.
Ioannes Villanus.
¶ Lactantius Firmianus.
Latinus Latinus.
Lazarus Bayſius.
Leander Albertus.
Leonardus Aretinus.
Leonardus Fucſius.
Lucretius.
¶ Macrobius.
Manilius.
Marcus Antonius Zimarra.
Marcus Antonius Moretus.
Marcus Tullio Cicero.
Marcus Varro.
Marſilius Ficinus.
Martialis.
Maternis.
Melampus.
Meleſius.
Mercurius Triſmegiſtus.
Metrodorus.
Michael Mercatus.
Michael Vertinus.
Moyſes.
¶ Opianus.
Olimpiodorus.
Orpheus.
Ouidius.
¶ Papirius prætor.
Paulinus.
D. Paulus Apoſtolus.
Paulus Aegineta.
Paulus Iouius.
Paulus Manutius.
Pauſanias.

Perſius.
Petrarca.
Petrus Abanus Conciliator.
Petrus Andreas Matteolus.
Petrus Marcellus.
Petrus Marſius.
Pius II. Pont. Max.
Plato.
Plautus.
Platina.
Plinius.
Plinius Nepos.
Plutarcus.
Polibius.
Polibus.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Porphirius.
Porphirio.
Portius Cato.
Ptolemeus.
Publius Nigidius.
Purbacchius.
Proclus.
Pythagoras.
Propertius.
¶ Raphael Volateranus.
Raniſius.
Razes.
Realdus Columbus.
Ruffinus.
Ruffus Epheſius.
¶ Saluſtius.
Scipio Capicius.
Seleucus Mathematicus.
Seneca.
Seruius.
Silius Italicus.
Solon.
Soranus Epheſius.
Speronus Patauinus.
Strabo.
Strato Lampſacenus.
Suetonius.
¶ Terentius.
Tertullianus.
Thales Mileſius.
Themiſtius.
Theodorus Gaza.
Theophraſtus.
D. Thómas.
Thomas de Garbo.
Thucidides.
Tibullus.
Timeus Locrenſis.
Tiberius Cęſar.
Titus Liuius.
¶ Valerius Maximus.
Vegetius.
Virgilius.
Vitruuius.
¶ Xenophon.
¶ Zaratus.
Zeno.

IOANNIS BAPTISTAE VENANZI BAFFI CVRINALTENSIS MEDICI.

De Cometis Liber primus.

PROEMIVM.

HOMO cum ſit diuinum animal, vt rerum cauſſas cognoſceret, futurosq; effectus, multa ſibi contemplatione eſt machinatus. Res enim diuinas penitus materia carere conſiderans, quia corruptionis legibus non uidit eſſe obſtrictas, ideo ipſas μετὰ τὰ φυσικὰ nuncupauit: Contra illas, quæ eſſent penitus materiæ infixæ φυσικὰ dixit. Hasque rurſus multis conſiderans modis uarias ſibi efformauit artes. Nam dum res haud materia uacantes tanquam penitus immateriales eſſent, meditatur, mathematicam ſibi comparauit, hācq; multis uijs diſcerpens, varias ſub ipſa artes inuenit. Cum enim ſibi quantitatem Mathematicus proponat ſpeculandam, vel continuam quantitatem conſiderat uel diſcretam, ſi ab ipſo diſcreta conſideratur, arithmetica oritur: ſi hanç & ſonorā contemplatur,

templatur, Muſica naſcitur At ſi continuam quantitatem me ditatur, illamque alicui parti applicat, ut in mundo toto (cœlo & eius partibus conſideratis) coſmographia dicitur, ſi particu lari mundi loco, topographia; ſi terram ſimplicem ſpeculetur, Geometricus efficitur: ſi cęlum, Aſtrologus, ſi particulares ſyderum motus, Aſtronomus: quibus etiam in futuris rerum effectibus eſt uſus vt ipſos dignoſcere poſsit. Vnde hominis nati uitati aſtrorum motus applicans genethliacus efficitur. Verum non iſtis artibus ſatis fidens, res quaſdam nouas quæſiuit, & etiam parum homine libero dignas. Nam omiſſa magia naturali, quę cum nihil ſit aliud quam naturalis philoſophia, pulchrum eſt rerum euentus ex ipſa pręſagire, vt ſutura rimaret, acheronta mouit: hincq; homo profanam magiam, ſibi cacodemones inuocando, miriſq. modis alliciẽdo comparauit: & huic non ſatis fidens, mortuorũ fortaſſe genia, & illa praua inuocans necromantiam effinxit; & cum huic haud ſatis fideret, & terrã & aquam, aerem & ignem contemplauit, ſic geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, & pyromantiam adinuenit. Similiter & auium volatus, & exta animantium inſpexit: & in homine modo manum contemplans, modo neuos, modo totum aſpectum, chyromantiæ principia, phyſionomiæq. inuenit. Cęterum cum tot tantæq. viæ, vt futura præuideamus ſint, nulla magis uera, magiſq. tuta, & honorabilis eſt, quàm illa quæ per vocatam magiam naturalem, ſiue philoſophiam cognita eſt: qua Philoſophi, & Naturę ſapientes vtuntur, vtuntur & agricolæ, & medici. In hac olim ſe exercuit Ariſtoteles, & ante eũ Pythagoras, & Plato, Melampus, & alij: in hac etiam inſudarunt Hypocrates, & Galenus, & medici omnes: qua mediante & morbos prædicunt futuros, & eorum ſolutiones, & hominũ cęterorumq. animantium interitus, & corruptionem. Sic tempeſtates agricolę, ſic futuram hyemem vel magis uel minus rigidam præcantant. Igitur ſi hac utatur quiſpiam, recte naturæ arcana præuidere dicetur: quæ vel in tellure uel in aqua, uel in aere fiunt ac prædidentur. Habent enim omnia ſua ſigna, vt vel procul ſuos effectus conſpiciamus; ſed cum multa ſint & in terra & in aquis & in aere, ea quippe pulchriora cẽſenda ſunt, quæ in aeris ſublimiore parte fiunt: quales ſunt oẽs ignitę impreſsiones: inter quas meo quidẽ indicio Cometę princi-

 patum

patum obtinent, de quibus modo ſumus uerba facturi: Non ſolum quia in Metheorologia pulchrum ſit ſcire quid ſit Cometa; ſed quoniam eius cauſas, figuras, colores, & effectus noſcere quanto magis arduum eſt, eo magis ſit & Iocundum.

De nomine Cometæ. Cap. I.

CVm igitur noſtrum inſtitutum ſit, de Cometis pertractare, occaſione accepta ab illo, qui in fine iam elapſi anni 1577. apparuit, perque duos integros fere mēſes uiſus eſt; illud in primis ex Ariſtotele præfari uiſum eſt, nos in ijs rebus quæ ſenſum effugiunt, ſat demonſtraſſe, ſi ad id quod eſſe poteſt reduxerimus omnia, ac ita in medium, vt tanquam probabilia ſint afferamus. Itaque cum Cometa, qui Ciceroni Cincinnata dicitur, & à Græcis κόμῆτις ſit ita dictus, non quod omnes Cometarum ſpecies comam habeant, atque poſt ſe trahant, cum plurimę tamen ſint: ſed quia crinitum ſydus, comā trahens frequentius, & non longis temporum interuallis conſpiciatur: & ab ijs quæ frequentius accidunt quicquam denominari non ſit incongruum. De cuius quidem Criniti ſyderis natura eo libentius ſcribere aggredimur, quando omnes quotquot fuere mortales, qui de hac aerea impreſsione tractarunt, tā quam portentum quoddam, & in terris minitantem faciem eſſe ſcripſerunt. Vnde non immerito à Lucano timendnm ſydus dicitur, à Virgilio dirus Cometa, à Cicerone calamitatum prænuncius, ab Italico Silio lethalis, & regnorum euerſor, ab Araro diram famem afferens, bella, clades peſtem, & innumera alia mala. Cuius cauſſas, elementa & prima principia pertractantes (nam in his ſcientiam eſſe, Ariſtoteles autor eſt) nūquid omnia tanquam ſignum & prodigium, quæ ſupra a grauiſsimis uiris accepta ſunt, portendere poſsint: uel potius ipſum crinitum ſydus ſuapte natura tale ſit, vt ſterilitatem, bella, clades, inteſtinas, dira bella, peſtem, & alia mala non ſolum prænunciare, ſed etiam parere poſsit, uidere erit, & naturales eius cauſſas & effectus conſiderare.

Quid ſit crinitum ſydus ex ſententia Anaxagoræ Clazomenij. Cap. II.

SED antequam rem penitius aggrediamur, & quid probabile nobis videatur, de crinito ſydere exaremus, operæpręcium eſſe duximus, Ariſtotelem imitantes, aliorũ opiniones prius & de Cometa rationes in medium promere: quibus penſitatis, ac uiſis, facilior nobis aditus ad ea quę paramus fiet, & erunt forte nec iniocunda nec ingrata. Quare ut ab Ionica philoſophia incipiamus, cuius princeps Thales Mileſius fuit, qui Ariſtotele referente, aquam rerum omnium principiũ eſſe ſtatuit. Cui cùm Coi, & Mileſii propter aureum tripodẽ, olim à Vulcano fabricatum, quem Iupiter Pelopi, dono dederat: inter ſe acriter pugnarent, tandem ex Delphyci Oraculi iuſſu, traditus eſt ei: qui præterita, præſentia, & futura cognoſcebat. Vnde inter illos pax eſt ſequuta. Tripes, autem aureus; uſque ad Conſtantini tempora viſus eſt: quem Chriſtiani deuaſtarunt. Viuebatq. Thales Olympiade 48. & erant ab urbe cond. anni 165. & ab Orpheo numero octauus, Laertio reponitur, qui Thales aerem etiam cachodemonibus plenum eſſe dicebat, quando ſi eidem Laertio, credendum: Thales à fœnicibus originem ducebat. Vnde & cachodemonum è Cœlo lapſum, ſcire poterat. Hebræorumq. doctrinam ſectans: aquam rerum omnium eſſe principium dicebat, ut potè qui calleret Moſaicam ſapientiam, aſſerentem ante Mundi perfectionem ſpiritum Dei Opt. Max. ſuper aquas ferri: Cœlumq. ipſum ex aqua conſtare, ut meritò Dauid ante Thaletem, & ante urbẽ conditam, & etiam ante Olympiades: dixerit laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini. Vrbs enim olympiade ſeptima condita eſt: & Dauid apud Hebręos regnabat, dum Latinus Syluius, Latinorum Rex Quintus, regnaret, qui regnare cœpit anno, à Troia capta, centeſimoſexto, at Thales à Platone inter Greciæ ſeptẽ ſapientes connumeratur, præter Moſis auctoritatem, pluribus rationibus motus; aquam rerum omnium elementum eſſe, & primum principium affirmauit, quando omnium nutrimentũ,

humidum eſſe, uidebat: ipſum quoque calidum, ex eo factū, eoq. animal uiuere, addas etiam, vt Ariſt. inquit, & Galenus: ſemina humidam naturam ſortita eſſe, aqua uero naturæ principium humidis eſt. Ex quibus optimè Poetas, doctioribus ceciniſſe, uiſum eſt: qui Oceanum omnium patrem ſtatuere: undè eſt Arati illud,

Hæc vehit Oceanus pater, omnia merſaq. rurſus.

& etiam illud Virgilij:

Oceano libemus ait, ſimul ipſa precatur.
Oceanumq. patrem rerum: nimphasq. ſorores.
Centumq. ſiluas, centum quæ flumina ſeruant.

quam ſententiam, habuit fortè ab Homero litterarum principe, & alumno (ut Plinij verbis utar) qui ita de Oceano ſcriptum reliquit.

Ωκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

& paullo inferius hanc eandem ſententiam conſcripſit, dum ita ait.

Ωκεανοῦ ὅς περ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Hinc eſt ut Poetæ, Deos; per ſtygem aquam iurantes, introducant. Cœterum aliȩ rationes, cur ſic Thales mileſius ſenſerit: apud Heraclidem ponticum uidere eſt. dicit enim Mileſium Thaletem rerum omnium, ac mundi totius generationis primordium aquam aſſeruiſſe; quoniam aquȩ natura cum facile in ſingula mutetur: uarias formas inducere ſolet. Indeque eſt, ut pars eius euaporans, aer fiat: cuius iterum tenuiſsima portio, in ætherem abit: ſubſidens autem aqua, & in cœnum conuerſa: tellus euadit, quam opinionem ab Homero, Thaletem accepiſſe Heraclides cenſet, nos uerò à fœnicibus ipſum accepiſſe, putamus, ut ſupra diximus, ſed vtcumque res ſe ſe habeat: & Homerus plurima, ab Hebræis, & fœnicibus habuit, Cœterum in hac Ionica phyloſophia, etiam Anaxagoras Clazomenius floruit: qui Laertio ex Apollodoro referente: uixit Olympiade 70. & ab urbe Cond. Glareano ſupputante, anni erãt 253. & a primo Conſulatu Iunij Bruti, & Tarquinij Collatini nouem, iſte Anaxagoras, primus, materiam primam hyle appellauit, quæ uox apud Auerroem frequentius legitur, & Cometam nihil aliud eſſe dicebat, quàm errantium ſtellarum, quæ alio nomine Planetȩ dicuntur; & Pub. nigidio errones

ſtellæ;

ſtellæ) concurſum, & congeriem quandam, uel congreſſum, in quo congreſſu, ut refert Plutarchus, ſe ſe illuſtrant planetæ, hincq; apparet Cometa, & cum ſic inter ſeſe appropinquāt, ut ſe contingere uideantur; tunc ut Franciſcus Vicomercatus ait: longioris ſyderis, quod ueluti comatum ſit, ſeu crinitum: faciem reddunt, illorum in vnum confuſo lumine, & interuallo, quod inter illa ſydera eſt, illuſtrato: & ueluti inflammato, aut ſyderum colore infecto, & etiam Anaxagoras uolebat ut ſydera ex ſe ipſis flammas emitterent, & Comam inquit Phyloponus, & magnitudinem, vel paruitatem: (nam maiores, & minores Cometę apparere poterant,) ex eo habere poterat cometes, cùm ſydera longius inter ſe diſtabant; præſertim ſi aliquæ ex fixis, & inerrantibus ſtellis, illis ſe ſe adiunxiſſent, minores comatæ ſtellæ eò uidebantur, quando in unum cogerentur ac minori interuallo diſiunctæ eſſent, quæ ſydera erant ut ait Alexander Aphrodiſienſis, Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, atque Mercurius. Vnde Anaxagorę nil aliud erat Cometes, quam ſymphaſis, vel contactus iſtorum quinque errantium ſyderum. Hanc eandem ſententiam, etiam Democritus in Italica phyloſophia illuſtris, habuit, qui rerum principia atomos faciebat. erant enim ipſi Democrito atomi inſenſibilia, ac indiuidua corpuſcula: qualia in ſolaribus radiis, intra feneſtras, vel alicuius rei fiſſuras, peruagari cernuntur, quam de atomis opinionem; poſt Lucretium Scipio Capicius ita decantabat.

Hoc intra immenſum ſpatium volitare minuta
Corpora, quæ quoniam nequeant in fruſta minores,
Nec findi in partes quàm ſint, ea nomine Graij
Dixerunt atomos: atque hinc elementa parentem
Naturam, & cunctis formare exordia rebus:
Dumque ea perpetuum varij per inane feruntur
Motibus, & coeunt concurſu corpore crebro,
Nexibus inter ſe validis, & fœdere firmo,
Coniungi: inque vnum conuerti plurima corpus.

Hic Democritus, quùm infinitos mundos & perfectos poneret; vt Cicero etiam ait, omnes ex atomis originem trahere adſtruxit: ueritatemq. in profundo eſſe demerſam, qui Olympiade 32. uiuebat, & iam annus ſupra centeſimum, ab vrbe Cond. erat, quo tempore etiam Magnus ille] medicinę parens Hypp.

vitam trahebat: cui & Democritus libellum de natura humana conſcripſit: at Soranus ait Hypp. anno primo 80. Olympiadis natum eſſe. erant enim tunc anni ab Vrb. Cond. 293. P. Volumnio Auentino, & Ser. Sulpitio Camerino Conſulibus. At Democritus cùm Abderita fuerit; per Hypp. manifeſtũ eſt, qui inſanientem Democritum (ſic enim putabant Abderitæ) curaret, liberaretq. ab inſania à Senatu Populoq. Abderitano eſt vocatus: qui Democritus totus riſu, & cachinnis plenus erat: unde occaſione Populus nacta, inſanire ipſum putabat. cuius riſus cauſſam (ut in unum omnia complectar) erat hominum magna in rebus mortalibus acquirẽdis impudentia, inſolentia, & temeritas: Laertium igitur mirari ſubit, qui Democritum Mileſium, non Abderitanum facit, qui cum Platoni eſſet infenſus, uoluit omnes illius libros, & commentaria Plato cremare: at a Clinia, & Amitila Pytagoreis fuit prohibitus. & hęc eſt cauſa cur nullibi Democriti nomen, uel opinio apud Platonem uideatur. quæ omnia, hac de cauſa dixiſſe volui; ut qualis, quantaq. fuerit horum hominum autoritas noſcatur, qui de Cometis ita vt dictum eſt ſenſere. Colorem autẽ & figuram variam habere poterant Cometæ; prout vario ordine, ac diſtantia inuicem congreſſum habebant. vt modo barbatam figuram repreſentaret, modo ad gladij inſtar ſe haberet: ipſiuſq. gladij nitore fulgeret: & ſic forte de alijs ipſorum figuris dici poſſet. nec minus de ipſorum ſyderum crinem habentium coloribus; ſtatui poſſet: quando ut aer diſpoſitus eſt; uel fuſcum Cometæ, uel rubeum, uel pallidum eſſe poteſt. ut in Sole, & Luna uiſitur, circa canem, & ſub ipſo: ac etiam dum aer caliginoſus, & humidis uaporibus redundans eſt. his igitur & ſimilibus rationibus, poterant Anaxagoræ, & Democriti opiniones firmari. ut Cometes eſſet ſymphaſis errantium ſtellarum, ac ipſarum congreſſus.

Pytagoræ & Platonis Apollonij, Senecæ, & Cardani opiniones de Cincinnata. Cap. III.

QVidam uerò ex Italicis, & hi qui Pytagorici nuncupãtur, unam ex errantibus ſtellis, eſſe inquiunt Cometem. ſed

longis

lõgis temporum interuallis apparere, parumq. excidere ex ſua natura. nam cum parum à Sole digrediatur, multis apparendi temporibus occulitur. fit igitur, ut per longa temporis interualla conſpiciatur. quæ omnia ut Ariſt. habet ſic & Plutarchus recenſet. At tamen qui fuerint iſti, à nemine (quem ſciam) ſcriptum eſt. Olympiodorus maximus quippe Peripatheticus, & qui Diocletiani temporibus uiuebat: Pytagoræ & Platoni; hanc de Comete opinionem, ac ſententiã: attribuit. & iſti ſtellam illam Comam ex ſua natura habere dicebant. quam ſententiam Neronis præceptor, Lucius Anneus Seneca, confirmauit. quam opinionem, ut recte percipiamus, paullo altius ſummendum eſt principium. Cœleſtia itaque corpora bifariam ſunt diuiſa, in fixas, & errantes ſtellas. quæ errantia ſydera gręcis πλανῆται uocantur. fixarum autem ſtellarum nomen, inde ſumptũ eſſe uidetur: non quod innumeræ illæ ſtellæ haud adhereant, & affixæ cœlo ſint, ut errones ſunt: ſed quòd eandem inter ſe diſtantiam, & habitudinem perpetuò obſeruent, ſic uidemus obſeruare

Arcturum, pluuiasq. hyadas, geminosq. triones.

ſic nimborum orionem, anguem, perſeum & alias fixas ſtellas. quarum ſtellarum fixarum imagines Aratus diſertiſsime proſequitur: & noſtro æuo Alexander Picholomineus ſoluta oratione depinxit. Errantes ſtellæ, (Sole Lunaq. exceptis) quinque Chaldeis, Aegiptis, Hetruſcis, Græcis, & Latinis obſeruatæ ſunt. quæ idcirco errantes dictæ ſunt: quia alio, alioq. loco: obſeruantur. peruagantur quippe hæ ſtellæ, neque eadem hora, in eadem cœli parte, ut fixæ, & inerrantes uidentur. quippe quæ ſemper ęquali ſpatio inter ſe diſtant. at uagæ, & errantes, vt ait Cicero (quando & re, & nomine tales ſint) ad fixarũ differentiam, modo inuicem propè ſunt; modo longiori diſtãt interuallo; modo Vrſam appellãt; nunc uerò auſtrum. & quãuis per obliquum circulum, ſiue Zodiacum ferantur omnes; nihilominus altera, celerior, ſic alia, tardior altera cõſpicitur. quæ cùm motum ſuum proprium habeant; nempe ab occaſu ad ortum: qui longitudinis motus, Aſtrologis dicitur; habẽt etiã & latitudinis motum, ut uel ad inuiſos britannos conuolent, uel ad auſtrum deferantur. quæ motuum varietas prouenit, ut notarunt Calippus, & Eudoxus: quos eſt ſequutus Ariſt. ex orbium

bium ſuorum, ſiue deferentium, ſiue ut Pytagorei, & Ptholomeus uoluere; ex epycyclorum multitudine. quam motuum varietatem ita Pontanus docet.

Nec uerò errantumq. acies, & ſparſa deorum
Agmina, conſtanti peragunt ſua munera curſu,
Sed nunc prometis incedunt greſsibus; & nunc
Verſa pedem referunt, modo declinantia in auſtrum,
Et modo hyperboream curſu ſurgentia in arctos.

& ante ipſum, ſic ex Feſti Auienni uerſione Aratus,

Quinque itidem ſtellæ, ſimilis quibus haud ſit imago
Nec quas formarum doctus notet ad fixarum.
Per bis ſena poli uolitant rutilantia ſigna.
Nullus ea alio pacto deprehendere certet.
Tam vaga per totam cunctis via defluit æthram,
Semper & aduerſa referuntur tramite mundi.
Mundus ab eoo trahitur reparabilis alto,
Pronus Athlantei procul in uada Cærulea Ponti:
Illæ in ſubiecti cogunt iter ætheris orbem,
Nitentes in ſumma poli, motuq. feruntur.
Aduerſo Solis radijs, ceu cum vada Cymbam.
Proua uehunt, ſi quis prona nitatur abalta
In puppim proferre pedem, via carpitur olli
Curſis increptis contraria, &c.

Vnde cùm aliç uelocius moueantur, aliæ uero tardius; & Sol, & ſi per obliquum circulum moueatur, tamen nunquam ab Eclyptica deuiat; nempe ſemper ab occaſu ad ortum, per eandem lineam, eadem ſemper celeritate mouetur. nec unquam ad auſtrum, nec ad Septentriones digrediendo; fit ut ſtellarum errantium aliquæ, ut Venus, & Mercurius æquali motu cum Sole cieantur. aliæ tardius mouentur, ut Saturnus & Iupiter. Vnde cum illæ ſtellæ ſic Solis corpus comitentur, euenit ut raro videantur a nobis, atque ſub noſtro aſpectu cadant. quod interdum Veneri accidit, ſed frequentius Mercurio. & hæc cauſ ſa eſt, cur Mercurius raro ſe uidendum exhibeat. Cœterum cùm vagæ ſtellæ Soli appropinquant, aut eum ſubeunt, & ſi ſupra Horizontem ferantur: minimè a nobis, cõſpici poſſunt. quando natura ſit comparatum, vt minus lumen, a maiori obſcuretur. Cumq. Sol infinitè (ut ſic dixerim) lumine ſuo, aliis

luminibus prȩſit: eſt enim lucis fons, & omnia terrarum opera luſtrat; ut Pontanus hiſce carminibus celebrauit.

At medios Cœli tractus, medij ætheris oram
Fons Lucis, Sol auricomus, Sol igneus ambit;
Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtrat.

fit ut ſtellæ errantes, non uideantur; neque a nobis perſpici poſſint. Vnde cùm Pytagoreis quibuſdam; tale & crinitum ſydus eſſet: proculdubio ſequitur, ut raro ipſum, ſe nobis uiſendum præberet. Quare, Cometes erat ex ſtellis uagis una, differens tñ a quinque dictis, & numero, & magnitudine, & colore. quȩ ex temporis longioris interſtitio apparebat: nàm ſemper ferè ſolis motum ſequebatur. & cum rarenter, ab Eclyptica deuiaret; id etiam ut non ſemper uideretur, eueniebat. quæ ſententia ſi Platonis fuit; (non enim mihi, niſi ex uno Olympiodoro cõſtat:) opus erat, ut Crinitum ſydus, ſupra Solem conſtitutum eſſet. quando Plato, non eundem planetarum ordinem ſeruet, ut Ptholomeus, & antè eum Ariſt. ſeruauit. quippè qui Lunã primò mox Solem, deinde Luciferum, Mercurium deinceps ponat. quem ſequuti ſunt Cicero, & Macrobius. quam de Comete opinionem, ſic rationibus eſt Seneca proſequutus. Syderis proprium eſt ducere orbem: at qui hoc, an Cometȩ alii fecerint, neſcio; duo noſtra ȩtate fecerunt. Deinde omne, quod cauſſa temporalis accendit, citò intercidit. ſic faces ardent, dũ tranſeunt: ſic fulmina in unum valent ictum, ſic quȩ tranſuerſȩ dicuntur ſtellæ, & cadentes; prȩteruolant, & ſecant aera. haſce rationes, & alias, quȩ dicentur: ideo Seneca in medium adducit: quoniam, (ut inferius uidebimus) Zenoni, & Ariſtoteli, Cometem, ignem accenſum eſſe, eſt ſtatutum. & ideo contra hanc ſententiam, pluribus rationibus uſus eſt Anneus Seneca, prima, quæcũque aer creat breuia ſunt; naſcuntur enim in re fugaci, & mutabili. quomodo poteſt aliquid idem in aere permanere diu, cum ipſe aer numquam idem maneat? fluit ſemper, & breuis illi quies eſt: intra exiguum momentum in alium in quo fuerat ſtatum, uertitur. Nunc pluuius, nunc ſeremus, nunc inter utrunque uarius: nubeſq́. illi, familiariſsimæ ſunt, in quas coit; & ex quibus ſoluitur, modo congregantur, modo digeruntur; nunquam immotæ iacent. fieri non poteſt, ut ignis certus, in corpore uago ſedeat, & ita pertinaciter hæ-

reat,

reat, quàm quem natura ne umquam executeretur aptauit. deinde ſi alimento ſuo hæreret, ſemper deſcenderet. eò enim terris aer, craſsior eſt; quo terris proprior. Cometes in imum uſque demittitur; neque appropinquat ſolo. Etiam ignis aut it, quo illum natura ſua ducit, nempe ſurſum: aut eò quo trahit materia, cui adhęſit, & quam depaſcitur. nullis ignibus ordina riis, & cœleſtibus iter flexum eſt. addit, ſi ignis eſſet collectitius; tunc maior, minorve fieret; prout plenius; aut malignius aleretur. & quoniam poterat quis Senecæ obiicere, quòd ſi eſſet creans ſtella Cometes, intrà ſigniferum, ut alii planetæ, moueretur. huic obiectioni ſatisfaciens inquit. Quis unum ſtellis limitem ponit? Quis in anguſtum diuina compellit? nempe hæc ipſa ſydera quæ ſola moueri credis; alios, & alios circulos habent. quare ergo aliqua ſint, quæ in proprium iter, & ab iſtis remotum ſeceſſerint? quid eſt quare in aliqua parte cœlũ peruium non ſit? quod ſi Iudicas ullam ſtellam niſi ſigniferum attingere, Cometes poteſt ſic latum habere circulum, ut in hunc parte aliqua ſui incidat. quod fieri non eſt neceſſarium, ſed poteſt. aliæ vero ipſius rationes iſtis correſpondent. nempe quod reliquæ ſtellæ ueluti fixus, & immobilis populus, ſtent: reliquę quinque, uagentur, & non aliæ; rude quiddam eſt dictu. ſimili modo quod una ętas minime eſt ſatis, ut ſyderum curſus perſpiciatur, & notetur: quando etiam multa ſint inter nos, quæ ſcimus quod ſint: quid autem neſcimus Cui etiam ſententiæ, ante Senecam fauit Apollonius mindus. noſtro uero æuo aliã opinionem huic non multum diſsimilem Hyeronimus Cardanus inuenit. qui vult Cometem globum in cœlo conſtitutum eſſe; & ſecundum quòd a ſolaribus radijs globus illuſtratur, tunc vel pogonia, uel xyphia, vel cincinnata appareat. ſed hę omnes uirorum, alioquin doctiſsimorũ rationes; cum ex quibuſdam accidentibus & non ex differentiis, & proprietatibus, deſumptæ ſint: ideò ipſis relictis; ad alias pedes conferamus.

Hyppocratis Chij, & Aeſchili eius diſcipuli de Comato ſydere opinio. Cap. IIII.

EXplicatis opinionibus propoſitis, & eorum rationibus in medium prælibatis: neceſſario illud ſequi uidetur, ut ante-

B 2 quam

quam iſtas opiniones exculpte examinemus, ſi quæ aliæ Clariſsimorum hominum opiniones adſunt: dicantur, & in lucē promantur. & cum de Pytagoreis ſit dictum, ab his minime abſtinendum eſſe cenſemus. Hyppocrates itaque Chius; non quippè Magnus ille, bonarumq. artium inuentor, & parens: quippe qui fuerit ex Coo inſula oriundus; & Artaxerſi Regū Regi Maximo; medicam rem haud facere uolens. immo Hyſtanidi Heleſponti pręfecto reſpondit, quod cum uictu, ueſtitu, domo, & omni denique ad uitam ſufficienti opulentia, frueretur, fas ei non erat, Perſarum diuitiis uti: neque Barbaros homines à morbis liberare: quippe cum Gręcorum hoſtes eſſent. Cuius ea fuit probitas, & in arte medica peritia; ut Athenienſes, & coronam auream, mille aureorum pondo, ei donarint: & uictum in Pritaneo per omnem uitam conſtituerint: & etiam ludos quotannis ſanxerint publico decreto, quoniam Athenienſes a peſte liberauit. Vnde Coorum liberi, ut Athenienſium filii Athenis tractabantur. igitur iſte Hyppocrates non fuit, qui de Cometis aliquid dixerit. ſed ille Chius uti diximus. qui & Ariſt. referente, circulum quadrare uoluit: & illum per meniſchos, ut ait Phyloponus, cum eſſet mathematicus. eſt autem Phylopono meniſcus, Lunæ figura; dum augetur. Cœterum Cometem Hypp. eſſe uolebat, ſextum Planetam, ut Pytagorei dicebant. tamen Comam, quā crinitum ſydus poſsidet: quam ſuapte natura, habere Pytagoreis uidebatur; eſſeq. ex eadem met ſubſtantia, cum Cometis corpore: non eſſe annexā Chius dicebat; nec ex quinto illo cœleſti corpore. ſed cū coma non eſſet ſyderis pars, extrinſecus Cometæ accidere aiebat. huiuſce rei fide facta: quoniam crinitum ſydus, haud omni in loco Comam habere poteſt. nam neque ad auſtrales partes; neque intra tropicos: neque ſub circulum æquatorem Coma fieri poteſt. ſed dumtaxat ad Boreos tractus: eosq́. ut ait Phyloponus ſolos, in quibus propter ingentem humorem, & ipſius copiam, poteſt Cometes ad ſe uaporem humidum attrahere. quo humido uapore attracto, quùm noſtrorum oculorum acies, in ipſum incidit uaporem: (putabat enim ut etiam Diuus Thomas inquit, quod uiſio extramittendo fieret.) inde ad Solē repulſa uiſio, quando in humido illo uapore firmatur: fit ut tamquam in ſpeculo lucem Solis ſpectet. & illa refractio erat Chio

Cincin-

Cincinnatæ Coma. ueluti in ſpeculis fieri cernimus, quãdo ſolares radii ipſa percutiunt, & alio reflectuntur. ſumpta autem eſt Hyppocratis Chii ratio à Sole. nàm cum Sol & paullo ante ipſius ortum, & paullo poſt occaſum, aerem nubibus onuſtũ, uel reliquit, uel reperit; tunc in noſtro Horizonte radiorum ſolis reflexiones uidemus. quod magis manifeſtum in iride eſt. & ſi in iride duæ nubes requirantur: roſcida alia; altera uero denſa, & opaca, roridam permeant ſolares radii, qui in denſa tamquam in ſua baſi locati, reflectuntur, refranguntur q́. & ex illa refractione, colores & figura in iride cauſſantur. Nam cum ea quæ uidemus, ad oculos noſtros pertingunt: non enim fieri extramittendo uiſionem putamus, ut priſci omnes mathematici dicebant: quos aliquando eſt ſequutus Ariſt. cum enim oculus noſter, ex humoribus tribus, nouemq́. tunicis conſtet, adnumeratis etiam iis quæ poſt uitreum humorem exiſtunt, & quæ ante albugineum. quæ omnes partes uni humori chriſtallino deſeruiunt. qui à natura inter uitreum & albugineum humorem, eſt ita conſtitutus: ut figura ſit rotundus, tamquã magis aptus, ut omnia ſimulacra recipiat, & ut ait Galenus nè cito patiatur, ante uero parum latus in qua parte albugineus eſt humori; ut facile res uiſibiles, percipere ualeat. Vnde cum oculus ſit, ita fabefactus; quidquid ei repreſentatur; aere medio illuminato, uel per rectam, aut refractam, uel curuam lineam repreſentatur. & in iis corporibus quę ex rara materia fabricata ſunt; ut uitrum chriſtallum lapis ſpecularis, & cornu; quidquid uidetur, per rectam lineam cõſpicitur. medio modo ſe habet oculus in iis corporibus, quæ quamuis diaphana ſint, non tamen ita ſunt perſpicua, ut rectis meatibus, & lineis, res uiſilis ſe ſe offerri poſsit. ut eſt aqua ipſa; & concaua quædam ſpecula, hinc res fractæ ſub ipſo corpore uidentur: ut remis accidit, & baculo, cum ſub aquis ſunt. curuis quidem lineis aſpicimus. ſic in quibuſdam ſpeculis intueri licet: in quibus uel oblongæ facies, vel rotundæ apparent. at ſi contingat, ut recta inſpiciamus linea, quæ a fractione, uel inflectione, ortum ducat: quæ cauſſantur a denſo corpore, & corpore diaphano; ut in ſpeculis manifeſtum eſt: nam ſi non eſſet plumbum in uitro uel chriſtallo linitum; ut lineæ uiſiles inflecti poſſent minime quicquã cerni poſſet. ſic euenit in arcu cœleſti, quem irim uocamus.

nam

nam cum ſemper contra Solem conſpiciatur in Horizonte, uel enim ad occaſum tendente Sole, aut Oriente conſpicitur iris. Cuius cauſſa duæ nubes ſunt, denſa, & opaca una; altera quæ mediat, clara; igitur ſolares radii, ſic claram nubem pertranſeunt, ut in denſa reflectantur: ex qua reflexione iris fit. Coloratur uero iris tribus coloribus, nempe phœniceo, uiridi, purpureo; quia nubes illa rorida, & clara; humido uapore redundat: cuius uaporis, ea eſt natura: ut in ſublime tenuis, in fine craſſior, ſit, in medio, medio modo ſe habeat. igitur ſi hunc humorem roridũ, radij ſolares penetrẽt, fit ut ubi ſinceriores meant, fiat phœniceus color, cùm minus ſinceri penetrãt, uiridis color, efficitur: ſi adhuc minus puri, prætergrediantur; fit rubeus color, qui nigro colori magis propinquior eſt: quam non eſt uiridis. ut melius ſciemus cum de uera Cometarum coloratione, verba faciemus. Rotũdationem uerò illam præ ſe fert iris. quia roſcidus ille humor, qui in clara nube continetur: & ſi pyramidalis ſit effigiei; tamen globoſus etiam eſt: cùm ſit certum ut Cœlius Rhodiginus ait, omnia grauia ad angulum deſcendere. adde etiam, quòd Sol, qui cauſſa efficiens iridis eſt: luminoſum radium, & pyramidalis figuræ extrà ſe iaculatur, & mittit. qui radius, cùm ſit nubibus altior; eſt rotundationis cauſſa. quam rotundationem Heſiodus ſemicirculi maiorem, putat. de qua ſic cecinit Pontanus.

Et quoniam obliquum ad Solem, aduerſumq. parentem
Apparet longè oppoſitus in partibus iris,
Idcirco non in girum, non cogit in orbem
Seſe audax, neque enim eſt ipſi circumdata ſoli,
Vnde referre queat ſpetiem, toto orbe rotundam.

Cœterum quærere fortè non ab re erit, ſi à Lunæ radiis, nacta roſcida nube, & opaca iris fieri poſsit. at fieri eruditiores ꝓbãt. nam quamuis Ariſt. adſit ſententia, ut fieri iris queat: & ſi Plinio non ſatisfaciat: tamen obſeruatum pluries eſt, tùm a Lunæ radiis fieri, præſertim cum tota à Sole aſpicitur. ut etiã vidit ANTONIVS ANGELVS STEFANVTIVS pater tuus uir & Nobiliſsimus, integerrimus, & humaniſsimus atque idem teſtatur etiam M. Timotheus Botonius Peruſinus, ordinis Prędicatorum uir ſummę uirtutis & religionis, nec minus ratio, ſepoſita experiẽtia hoc demonſtrat, nã ſi cauſſa irim

efficiẽs,

efficiẽs, eſt radiorũ repercuſsio; qui fieri poterit, ut ſi roſcida nubes, & denſa, adfuerint: & eo modo ſe habeāt, ut fit cum à Sole iris efficitur, ut ẽt à Luna minime fieri poſsit? fatendũ eſt igitur fieri poſſe. non negarim tamẽ, minorẽ eſſe irim; & colorũ qualitate, & quantitate figurę; habita conſideratione ad Solis, & Lunæ radios. quoniam Sol ſuapte natura luminoſus eſt: Luna uerò nequaquam, nam Luna eſt terræ ſimilis, ut ait Ariſtot. & cum ſit opaca per ſe luminoſa non eſt; lumen uero ut eſt autor Auennatha apud Auerroem: à Sole recipit non per reflexionem; ſed eo modo quo luminoſum, per ſe illuminatur. Cumq. ita ſit: primò fit corpus lunare à Sole luminoſum; deinde à Luna prouenit lumen, ut à cæteris ſyderibus etiam deriuat. & hęc eſt cauſſa, ut Luna minori lumine ſcateat. igitur ut ſunt minores radij luminoſi, ita & minores effectus ſint eſt neceſſe. ſed illud interea non omittatur, an iris ueros, vel pręſtigiatos colores habeat. ſunt qui mentitos habere ſtatuant: & ij Pytagorei, quoniam non diu durant; perſiſterent equidem ni, mentiti forent iridi colores. At profectò mirandum eſſet, ſi oculus impedimento remoto, ſe circa proprium obiectum deciperet. idque perbelle ſequeretur, quod etiam notat Rhodiginus; ut homo ſtatim natus, & paullo poſt mortuus, non uere homo fuiſſet, quando etiam & ex ſilice ſcintilla excuſſa, quæ citò corrupta eſt, ignis fuerit. non remanent verò in iride colores, quoniam indiſſolubili ualde materia facti ſunt: conſiſterent mehercle ſi in magis corporea & denſiori geniti eſſent, quapropter Plutharchi diuiſio recte attendenda eſt, nam ea quæ in ſublimi fiunt, aliqua quandam habent conſiſtentiam; ut imber, & grãdo, quædam autem, quamuis nullam conſiſtentiam propriã habeant; quamdam uerumtamen inanem ſui apparẽtiam, noſtris oculis repreſentant, ut iris. & ideo inanem ſui apparentiam, nobis repreſentat: quoniam in nimis inſtabili materia fundatur. paulo diuerſa à materia illa, in qua Hyppocrati Chio fit Cincinnatæ Coma. nam cùm uapor ab illa ſtella ex planetarũ numero: quæ nomine caret, attrahatur, & in æthere ſubſtineatur, à ſydere, ſitq. ei ſubſtratus, oculorum noſtrorum acies, ipſi humori ad pulſa, inde infracta ſurſum recurſum ad Solem habet. ex quo fit, ut in uapore poſtea, cum igneum Solis ſplendorem ſe uidere exiſtimet, Coma in ſydere eſſe uideatur. Neque

que uolebat Hypp. comam omni in loco uideri poſſe. nã quando maximo interuallo, Sol & ſydus inter ſe diſtarent, ſydus crinem accipere non poteſt. ſi præſertim cauſſa exempli, ad ſolſtitia æſtiua, uel circum circa moram faciat Sol; & ſydus ipſum, ad ſolſtitium hybernum. ſiue ad ſolſtitia æſtiua ſydus conſiſtat ſiue ad hyberna; alteram mundi partem obtinente Sole: quum in utraque parte uis humoris redundet: humorem quidem attrahere ſydus poteſt: ita autem ſe habens; Cometes gigni non poteſt. ratio autem huiuſce rei eſt, inquit Phyloponus: quod radij noſtri ad humorem immiſsi, inde repulſi, ad Solem; ex magna ab ipſo diſtantia, peruenire non poſſunt. unde facto maximo interuallo, inter Solem & ſydus, Coma adaptari non poteſt. nec minus poterit, ſi Sol & ſydus in hybernis morentur, ſolſtitiis. nam cum Sol maiori parte ſub terris moretur, & longas faciat noctes, quando acies noſtra, non poſſet ad illa loca permeare, ut ad Solis radios perueniret. Vnde non in omni loco fiebat Cometa: ſed ſolum, ubi peruenire oculorum acies, ad Solis radios poſſet. neque etiam omni in loco fiebat Comata ſtella, deficiente, materia illa humida, quæ attracta à Comete erat. nam ſub æquatore fieri non poterat: quoniam intemperata erat; & ut Virgilius

Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igne

quod etiam expreſsit Ouidius.

Totidemq. plagę tellure premuntur,
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu,
Nix tegit alta duas, totidem inter utramque locauit,
Temperiemq. dedit, mixta cum frigore flamma.

Quum itaque regiones ſub æquatore inareſcant; & Solis ardore exuſtæ ſqualeant. quod certè omne falſum eſt; & ſi huius ſententiæ fuerit Auerrois; (ut Auicennæ rectè ſentienti contrariaretur,) ibique humoris copia deſit; fieri non poterat humoris attractio: & minus etiam circa auſtrum, & meridiem, ob eandem cauſſam, quando regio illa ſit exuſta, & ſqualida: ut æthiopum colores indicant, qui ſub diameroe clymate uitam degunt. reliquum igitur erat, ut ſolum circa ſeptentrionem fieret cincinnata. quam ſententiam poſt eum habuit, Ariſtotele referente, ipſius auditor Aeſchilus, ut potè qui in omnibus fortè magis magiſtrum, quàm ueritatem ſectabatur. Raro autem

Hyppo-

Hyppocrati, & Aeſchylo apparebat crinitum ſydus, quia rarẽter ſubdeficiebat.

Stratonis Lampſaceni de Comete opinio: Cap. V.

AT quum iam è Cœlo dilapſi ſimus; aliorum opiniones, ſi quæ ſunt, uidemus; quæ non amplius ſydus aliquod putent, ſed uel lucem, uel illuſtratam nubem. Strato itaque lampſacenus, qui tertius ab Ariſtotele, peripateticorum ludum aperuit; & qui Ptholomeum phyladelphum, phyloſophiam docuit. ſyderis alicuius lucẽ, denſa comprehenſam nube, ueluti & laternis euenit, Cometem eſſe affirmabat. quam ſententiam, ut intelligamus, paullo altius ſummendum eſt principium. Cum itaq; Mundus iſte, in duas natnras ſit diſtinctus; in elementa quatuor, terram, aquam, aerem, ignem; quæ uiciſſim gignuntur, ac corrumpuntur; & cœleſte corpus. quod cũ etiam ex duabus partibus compoſitum ſit; nẽpe ex orbis ſubſtantia, & ſyderibus. ſydera autem ſunt, & erronea, & fixa, omnia Sole excepto alieno lumine lucent, ut Metrodorus ait, quicquid dicant Macrobius, & Cicero. quę ſydera ex eadem ſubſtantia conſtant, & fabricata ſunt, ex qua ſui orbes conſiſtunt. nihilominus puriori, & ad ſuſcipiẽdam lucem, ut inquit Albertus, magis idonea. quæ ſydera, ut nodus in tabula a ſuis orbibus continentur. recipiunt uerò à Sole lumen, ut Plinius dicit. qui Sol non ſolum ſyderibus lumen fœneratur præclarius: ſed etiam ſuo lumine, ipſa occultat. eoque modo ſydera à Sole illuſtrantur, ut ſupra ex Auennatha Lunam illuminari diximus. quæ cum luce aliena fruantur, Sole ſub terra conſtituto, aerem illuminant. cum ſit aer corpus diaphanum; cuius natura, eſt: ut à lumine perficiatur. Cum itaque lumen, ut ait Themiſtius, nihil aliud eſſe poſsit, quàm ſyderum præſentia in perſpicuo corpore (quandoquidem, niſi corporis luminoſi adeſſet præſentia, cùm aer nõ ſit corpus luminoſum) eſſet quippe aer obſcurus, & tenebroſus, nõ lucidus: unde ut Auerroes notat, ſequitur ut illuminatio ſit forma, & perfectio aeris. luminis autem carentia, in diaphano, ſeu perſpicuo corpore, ſit

obſcuritas. Corpora igitur quæ hac perſpicuitate carent, illuminari minime queunt, & hæc eſt cauſſa, cur tellus non illuminatur. non illuminatur etiam aqua, quando in illa telluris corpus eſt diſperſum. ut in cænoſis aquis conſpicitur. neque poteſt uel fumus illuminari, quia eſt corpus denſum & tenebroſum. Vnde cum flamma ſit fumus accenſus, meritò quis dixerit propter eandem cauſſam, non illuminari. quapropter cũ illuminari poſsint nubes; quæ ex uapore, adeo craſſo, & exuſto non conſiſtunt: fit ut quotieſcunque lumen, qui ex ſydere aliquo ueniret in nube recipitur: nobis illam ingerat apparentiã, ut oblongum ſydus conſpici uideatur. quæ lux ita in nube cõprehenſa; erat Stratoni Cometes. Cœterum nubes, in altum cùm ſua natura feratur, ut inferius uidebimus, neceſſum erat, ut denſa eſſet; non tamen uſque adeo denſa, ut ipſius corpus, minime diaphanum foret; alioquin haud illius ſyderis radii uideri poſſent. fieret quippe reflexio, ut in denſa accidit nube, cùm iris fit, & non corporis diaphani illuminatio: ut uerè in laternis uiſitur. in quibus cum intromiſſum lumen ſit, corpora, (quæcumque ſint) cum ſint rara, & tranſparentia, illuminantur: quibus illuminatis; etiam, & aer illuminatur, & ſic laterna fit uiæ dux, dum in ſuo gremio, lucerna fouetur. ut etiam expreſsit Martialis.

Dux laterna uiæ clauſis feror, aurea flammis.

Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.

Sic igitur, & Cometis accidit: quoniam radii qui ex illo ſydere ueniunt, ut flamma, includuntur in nube, quæ cum ſit corpus rarum, & perſpicuum, illuminatur, & aerem illuminat noſque lumen illud, ſic nube compræhenſum uidentes, Cometem eſſe iudicamus. qui uariis coloribus prout & nubes & aer ſunt diſpoſiti affici poteſt. ut in nubibus à Sole illuſtratis, in noſtro Horizonte fieri uidemus. unde in Aegipto, cum ibi nunquam nubes uel pluuia adfuerint; ex Stratonis ſententia, non poterant fieri Cometes. quod uero Aegiptus pluuiam, & nubes non ſentiat; teſtantur & Lactantius Firmianus; & Plinius.

Hera-

Heraclidis Pontici, & Boethi, de Comete opiniones. Cap. VI.

HEraclides ponticus, qui in Italica phyloſophia, nõ fuit poſtremus; et ſi, ut Laertius inquit Platonem imitabatur, & Ariſtotelẽ audiuerit: qui in Ionica phyloſophia uerſabantur. dicebat Cometem pręaltam eſſe nubem; in æthere locatam: illicque a ſuperna luce illuſtratam. Cœterum Ionicam phyloſophiam a Thalete originem ſumpſiſſe ſupra eſt dictum. Italicam uero à Pytagora putat Diogenes Laertius: ſed meo iudicio fallitur: nam potius græci ab Italis accepere quã econtra. ſiquidem Italicum genus eſt illuſtriſsimum, nam non ex græcis originem habuit, ſed à fœnicibus, uel lidis poſt diluuium. eſt mihi teſtis inter grecos Dioniſius qui genarcas Italos uocat. eſt teſtis etiam Iuſtinus, Portius, Cato Beroſus, Plinius, & Virgilij illud.

Eſt locus heſperiam graij cognomine dicunt
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri, nunc ſama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

& ante introduxerat Aeneam ſic ad matrem loquentem.

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe uebo mecum, fama ſuper æthera notus,
Italiam quæro patriam.

Vnde non eſt ut aiunt gręci. quorum ut Iunenalis ait, eſt.

Ingenium uelox, audacia perdita, ſermo
Promptus, & Iſaeo torrentior: edc quid illum
Eſſe putes? quem uis hominem, ſecum attulit ad nos;
Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes,
Augur, Schœnobates, Medicus, Magus, omnia nouit
Græculus exuriens in Cœlum iuſſeris ibit.

Vnde cum Italia a priſcis Hetruſcis, eſſet culta, & iſti a fœnicibus ortum habuerint, ſiue a lydis, ut ait Iuſtinus: quod quidem crediderim Liuium affabre monſtraſſe, cum dicat. quod Thuſci imperium, a mare uſque ad mare poſsidebant, unà cũ duodecim ciuitatibus: & eorum uis maxima ex eo apparet, ut

a ſuo nomine mare Thuſcum vocitauerunt: gens ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas. Credendum Pytagoram hac de cauſſa Italiam appuliſſe; ut & ritus & ſacrificia, quibus in ſacris faciundis Italia utebatur uideret: ſi quidem hac etiam de cauſſa, ſi Iamblico ſtandum, in Carmelum phœniciæ montem traiecit; & in Aegiptū. & iam Romæ, ille optimus Deorum cultor Numa Pompilius regnarat. quando regnante Seruio Tullo, poſt quam Crœſus, a Cyro eſt captus, Italiam eſt Pytagoras profectus. quare haud eſt conſonum, & ueritati ualde conſentiens id quod Laertius ſcribit, quod ad leges dandas Crotonem ueniſſet Pytagoras; ſed religionis potius gratia. ſed quoniam de hac re plenius uberiusve, ut Chryſoſtomo Memio viro (ex Paulli Manutii, & latini, latini uirorum illuſtrium, & extra aleam doctiſsimorum iudicio) in primis eruditiſsimo, & de bonis litteris apprime merito; & qui in dicendi copia, politaque oratione, nemini inferior cenſeri debeat; ſcribere; promitimus: nunc tantum adiunxiſſe ſat ſit; quod phyloſophia, ita primum à Pytagora appellata; poſtea a loco Italica dicta; longè, & uetuſtate, & nobilitate Ionicam antecedit. ſiquidem hæc Deum Opt. Max. creatorem agnoſcit, Demonum lapſum ſcit, animi immortalitatem docet; inferna profitetur: quatuor elementa, amicitia & lite mediante, eſſe rerum omnium principia declarat. quod amicitię nomen ſupprimens Ariſt. vocat ſymbolum. ſed multa a Platone accepit, contra quem ut equę pullus recalcitrauit. ſimiliter & de animi immortalitate. neque enim dubium eſt; & ſi Petro Pomponatio aliter ſit uiſum: Ariſtotelem animam immortalem eſſe affirmare. quod non ſolum teſtatur Laertius: uerum etiam, & in eius doctrina uiſitur. At Plato & Timeum Locrenſem adiit, & Architam Tarentinum, & non ob aliam cauſſam; niſi ut Italicam phyloſophiam haberet: & ipſa plenius ab italis phyloſophis nutriretur. Taceo & de re medica, aliquid in medium promere quando Empedocles, Alcmenon, Epicarmus, Eudoſſus, & alii nobiliſsimi fuerint medici. & in hac Italica ſcola etiam Heraclides Ponticus fuit; qui Cometē, illuſtratam nubem eſſe fatebatur. quæ nubes ex eo in ſublime fit, quando uapores humidi, & ſua natura, & a corporum cœleſtium motu, & lumine in ſublime feruntur. leuia enim corpora

pora illuc uel facile feruntur. cum enim tellus aqua aer ignis, & compoſita corpora, & tranſmutantur inuicem, & corrũpuntur, uapores ex ipſis generantur. nam cum tellus ſit ſua natura frigida, & ſicca, ignis calidus, & ſiccus, aer calidus & humidus, aqua uerò frigida & humida; qualitates iſtæ, cum inuicẽ lite, pugnant, uel amicitia conciliantur, tunc non ſolum elemẽta inuicem tranſmutantur, quæ ſunt corpora ſimplicia; uerum & compoſita corpora fiunt. nam cum ignis amittit, ſiccitatem, humiditateque ſe induit, efficitur aer. & ſic de aliis eſt dicendum, in quibus facilior eſt ut ait Ariſt. tranſitus: dum inter ea maior adeſt amicitia, & ſymbolus, ex quibus corporibus poſtea duæ exhalationum ſpecies fiunt, altera quæ uapor dicitur, qui frigiditatem, & humiditatem, quodammodo retinet altera, quæ exhalatio dicitur: quæ duæ res maximè, ut inferius dicemus differunt. nam fieri non poteſt ut aliqua res gignatur, niſi alia corrumpatur. quod hiſce carminibus Capicius adnotauit.

Quare non poterit corpus formarier vllum,
Ni uis leti aliud perimat, compage ſoluta
Qua prior alterius conſtabat forma perempti;
Non etenim quicquam fit, ni certa intereat res.

Ex illis igitur uaporibus, ſiue ut Diuus Thomas ait, ex humida exhalatione, nubem fieri; contingit. quæ cùm ſit uaporum humidorum, ſiue exhalationis humidæ congeries, fit ut huc, & illuc, & a uento propellatur, & etiam, ſi magis ſublimem locũ petierit, ab aeris rotatione circũferatur. at nõ quælibet nubes, poteſt, ſic in altum aſcendere; prohibentibus uaporibus craſſioribus, & terreſtrioribus, ex quibus fit talis nubes. Vnde ut ait Metrodorus, aquoſi uapores; ſunt, nubium materia. efficiens uerò cauſſa, & cœli lumen, & motus, ac etiam uaporum natura. nam tellus numquam attrahitur, neque à Cœli motu, neque etiam ab ipſorum ſyderum lumine impediente grauitate; quæ in tellure, eſt differentia ſpecifica. quę ab Auerroe terreſtreitas nuncupatur, ad differentiam aliarum terræ qualitatum: quas ſpecierum conſtitutiuas Alexander Aphrodiſienſis uocabat. Ex his igitur colligere poſſumus quanto in errore uerſentur ſtoici omnes, & eos ſequuti Anaximenes, Seneca, & Seruius; qui putant, nubes ex denſato aere, oriri. neque nubes a nebula alia ratione differt; niſi quod nebula eſt quædam nu-

bis

bis ſuperfluitas, in aquam concretę, ut Ariſt. adnotauit. quare optimè Hyppocrates dixiſſe uidetur; qui nebulam in aere cohærentem & continuam; aquam eſſe ſtatuit. unde cùm nubes fiant liquore egreſſo in ſublime (ut Plinij uerbis utar) fit ut quando in ſupremam aeris regionem abit, ibi contineatur, & ab aliquo cœli lumine illuſtretur. quæ cum ſit illuſtrata, tunc erat, ſecundum Heraclidis opinionem Cometa. At vapor, uel in prima aeris regione fertur & tunc nebula magis eſt, quàm nubes, eſt enim nebula ut ait Diuus Thomas ſterilis nubes; quoniam aquei illi uapores cum ſint magis denſi, in altum ex ſua natura eleuari minime poſſunt. hinc igitur dicebat Ariſt. nebulam potius ſerenos, quàm pluuios dies protendere. quippe quæ ueluti nubes infœcunda, & ſemine exhauſta exiſtat. nam ut ait Olympiodorus, quantum reſiduum eſt in nube, ut frigeſcat, & exareſcat; totum id eſſe nebulam. ideo quatenus ſiccū in aquam nō mutari; quatenus frigidum decidere in deorſum. quod etiam non ſolum frigido eſt tribuendum, ſed partiū grauitati, quæ in frigido exiſtit. Si uero in aeris ſecunda regione feratur iſte uapor, & ut ſupra diximus inſpiſſetur, & uniatur fit nubes. at ſi magis tenues ſint iſti humidi uapores, tunc fit magis clara nubes, & magis in ſublime uehitur, & ibi illuſtratur. illuſtrari eodem modo poteſt, quo aliæ nubes, circa Solis ortum, & occaſum illuſtrantur. & uarios induere colores: prout magis, & minus gignitur ex ſimplici, purioriq. materia nubes. & ſic Heraclidi poterat Cincinnata differentes habere colores. Boetho uero uiſum eſt, quod nubes fiat ex aere denſo, ut ſtoici affirmabant, unde cum nubes denſa in altum ardere flagraret, & combureretur; tunc dicebat, quod illa nubes ſic accenſa eſſet Cometes. quæ cum nimis inſipida ſit iſtius hominis opinio: hac relicta; altera eſt tractanda.

De ſydere Cæſaris. *Cap. VII.*

SVetonius Tranquillus dicit, quod dùm ab Auguſto Cæſare, Cęſaris in honorem ludi celebrarentur. Iulius Cæſar in Deorum numerum eſt relatus, non ore modo decernētium, ſed & uulgi perſuaſione. ſiquidem ludis, quos primò cōſecratos

ſecratos ei, hæres Auguſtus edebat, ſtella Crinita per ſeptem continuos dies fulſit. exoriens circa undecimam horam. Creditumq. eſt, animam eſſe Cæſaris, in Cœlum recepti: & hac cauſſa, in uertice eius ſimulacri, ſtella edebatur. Vnde apud eos irrepſit ſententia; ut Iulii Cæſaris anima illa foret cincinnata; quę apparuit. Et quamuis Suetonio qui Traiani temporibus uixit, hęc uulgi opinio uideretur; tamen mihi ueterē quādam phyloſophiam redolere uidetur. quæ cum ſempiterna ſydera conſpiceret: lumina æterna, ac perpetuos ignes eſſe: non ſolum ſtellas Deos eſſe credebat: ſed humanas animas ex illis ignibus eſſe efformatas: & in mortalium corpora eſſe immiſſas. hincque poſt corporis diſſolutionem, ad ſtellas ſui pares tranſire. quam etiam ſententiam, apud Ciceronem; Scipionē Aphricanus habuiſſe uidetur. ita dicens. Homines, ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templum medio uides; quæ terra dicitur. Hiſq́ue animus datus eſt, ex illis ſempiternis ignibus; quæ ſydera, & ſtellas uocatis. quæ globoſæ, & rotundæ, diuinis animatæ mentibus, circulos ſuos, orbesq́. conficiunt celeritate mirabili. quam ſententiam paullo ſublimius, & excelſius, proſequutus eſt Triſmegiſtus, qui cum Pimandro loquens, ita ex Marſilii Ficini tranſlatione dicebat. Quoniam ex uita, & luce conſtat omniū pater ex quo natus eſt homo. Pimander, recte loqueris, lux & uita Deus eſt: & pater, ex quo natus eſt homo. ſi igitur comprehenderis, te ipſum, ex luce, ac luce compoſitum; ad uitam rurſus lucemq́ue tranſcendes. quod Socrates apud Platonē cognoſcēs; eo die, quo cicutæ ſuccum erat apud Athenienſes bibiturus: (de Diis optime ſentire Socratem: Athenienſes non putabāt.) dicebat, ſe putare ad Deos potius, quam ad bonos uiros poſt mortem proficiſci. qui Dei, cum ex luce conſtarent & uita; merito ad lucem tranſire ipſe profitebatur. at Boni uiri erant, quos Ariſt. Herohas uocat: quibus templa ædificanda præcepit. qui ſunt illuſtrium uirorum animæ, a corporibus ſeparatæ. non ſic autem Platoni. nam apud ipſum ſunt homines ex Diis geniti. & maxime a Chacodemonibus differunt. quippe ex ipſis ſunt inferi, ſunt & etiam medioxumi ita enim apud ueteres Romanos uocabantur. unde eſt Plauti illud. Ita me Dii, Deęq́. ſuperi, atque inferi, & medioxumi. Vnde cum ita

ita Heroes eſſent: & originem a lumine ſempiterno homines traxerint, hincque φωτα, homines dicebantur, nam φῶς, lumen dicitur. fiebat ut cum uita hac diſcederent, ad illos ſempiternos ignes redirent: qui a nobis ſtellæ uocantur, ut Cicero ait. quapropter ſi quis egregium aliquod facinus patraſſet, & dum uiueret feciſſet, poſt mortem in nobiliorem ſtellam remeabat. quam rem (ni fallor) Horatius cognoſcens, ob egregia facta Cęſaris, nobilius ſydus ei attribuens dicebat.

Creſcit occulto uelut arbor æuo
Fama Marcelli; micat inter omnes
Iulium ſydus, uelut inter ignes
Luna minores.

Eſt enim anima, ex aliquibus naturæ interpretibus Cœlio Rhodigino referente, lumen ſubſtantiale, unde inſcitiæ aduerſatur, & tenebras aufugit, compaueſcetq. obſcura, & tenebricoſa; & lumen uel maxime amat. idcirco ſumme quærit in Cœlum redire, ueluti ex illo anima uenit. quod hoc carmine deſignauit Manilius.

In Cœlumq. redire animas, Cœloq. uenire.

Anaxagoræ opinio de Cometa ſtella, & Democriti; refellitur. Cap. VIII.

QVamuis Anaxagoras maximus uir fuerit; ut ſupra de eo ſcriptum eſt. ut qui Thaletis doctrinam ſit ſequutus; & qui omnium primus, primam materiam, primũ hyle nuncupauit; quique rerum omnium principium mẽſem ſtatuit: quæ cum in rerum confuſione, (Chaos ab ipſo dicebatur) perſiſteret; omnia ſecreuit, ſuoque loco appoſuit. quod Scipio Capicius, poſt Ouidium, & Lucretium ita cecinit.

Principio finxere rudem, nec corpore certo
Informemq. globum: uarias unde omnia primum
Diſcreta in formas, rerumq. effluxerit ortus.
Namq. hi quæ uario naſcuntur, in æthere, tellus
Quæq. ferax parit, & ſalſi quæ ſtagna profundi,
Mirificis concreta modis, dum ſumere cernunt
Hæc aliam, atque illis aliam ſubrepere ſenſim

Naturam, penituſq. noua mutare priorem.
In uariaſq. eadem ſemper ceſiſſe figuras,
Inque alias rurſus ſpecies extincta nouari,
Omnigeno haud vllam ſtatuere in corpore formam:
Hinc ortum duxiſſe rati genitalia partes
Ducta per expreſſas Orientis ſemina mundi.
Inque illo, poſſent generatim unde omnia naſci.
Materiam latuiſſe rudem, confuſaque certas
Reddenda in ſpecies cunctarum exordia rerum.
Hinc Chaos id graij dixerunt nomine, primæ
Quod cauſſæ nondum expromptæ, uisque abdita matris
Naturæ, rerumque forent ibi corpora, nullas
Formata in partes, tantumque incerta facultas,
Quæ prima in ſpecies coaleſcere ſemina poſſent
Quæq. ſuas, naſcique opus admirabile mundus.

Ex qua de principiis rerumque primordiis appellatus eſt νοῦς, ideſt Mens. ſiue in his quæ ad phyſiologiam ſpectant, ob prudentiæ rationem, & magnitudinem, quam inſigniter admirati ſunt priore. uel potius quod rerum exordiis, non fortunam appoſuerit, non neceſsitatem, ſed mentem. quam infinitam, & ſe ipſam mouentem eſſe dicebat. qui ut ſupra dictum eſt Cometã congreſſum ſyderum errantium eſſe dicebat; in quo & ſe illuſtrabãt, & talem, qualem Cometa formam habet repreſentabat; & eò præſertim, ſi aliquæ ex inerrantibus ſtellis, illis ſe adiunxiſſent. Cuius opinio pluribus a ueritate cadit modis. nam cum plures uiſi ſint Cometes. ut aliquando duo & aliquando tres, ut Ariſt. refert: & duo etiam ſub Michaele Europalate. Rom. Imperatore fit ut cùm ex erroneis ſyderibus tot congreſſus fieri nõ poſsint; nec etiam poſsint Cometas repreſentare. præterea, etſi errantia ſydera ſeptem ſint, relictis Sole, & Luna, nam apud ipſos non repreſentant Cometam. fit ut quinque aliæ ſtellæ errãtes hoc faciant ſolùm. Vnde cum Sol ſemper ex Purbachio ſub ſignifero feratur: ea tamen lege fertur, ut nunquam ab Eclyptica deuiet; eſt quippe eclyptica, linea; quæ ita medium ſecat ſigniferum, ut hinc, & hinc ſex gradus ſigniferi relinquantur. Cœteræ autem quinque ſtellæ, ita ſemper ab eclyptica deuiant, ut alia ſit alia proquinquior: nec ulla magis ab iſta linea ſequeſtratur, quàm Veneris ſtella: quæ Lucifer tunc dicitur, cum So

lem antegreditur, ut Cicero ait unde eſt Virgilii illud.

Iamq. iugis ſummè ſurgebat lucifer Idæ,

Ducebatq; diem. & alibi

Naſcere præq; diem ueniens, age lucifer almum.

ſi uero ſubſequatur Solem Heſperus dicitur. unde extat eiuſdem carmen

Ite Domu ſaturæ, uenit heſperus, ite capellæ.

quæ Veneris ſtella numquam ab illa linea adeo inflectitur, ut extra Zodiaci latitudinem, inueniatur. quæ latitudo cum ſit duodecim graduum; ab uno ipſius Veneris motu, eſt aſtrologis metita. quapropter ſi uera foret, Anaxagoræ, & Democriti opinio, nunquam alibi, niſi in ſignifero, (ut hic qui in fine elapſi anni 1577. ſub Aquario conſpectus eſt Cometa) conſpiceretur. quod certè falſum eſt, cum extra ſigniferum, & ad auſtrum & ad ſeptentrionem conſpiciatur. ut de illis narrat Cardanus qui in auſtralem Indiam, & de illo qui ante Atabalipæ mortem in occidentali India conſpectus fuit. præterea obſeruati ſunt inquit Ariſt. & Planetarum congreſſus, ut etiam in ægiptiorũ hyſtoriis lectum eſt: & etiam ad alias non errantes ſtellas, & tamen ex iſtis congreſsibus nũquam Cometa eſt uiſus. & addit Ariſt. & ipſi iam bis Iouis ſtellam ingeminis, ſubeuntem quandam, & diſparere facientem uidimus; ſed non Cometam factũ. adhuc ſi ex ſyderum errantium congreſſu conſtaret Cometa, ex paruo non adeo magnus fieret, ut aliquando, totam uiam lacteam extenſus æquaret; ut ſub Attalo factum eſt. neque etiã adeo longioris figuræ quandoque ſe oſtenderet, ut à Septẽtrione uſque ad Occidentem uideretur. ut ille Cometa fuit, qui trigeſimo Iuſtiniani Imperatoris anno uiſus eſt. neque etiam, poterit Cometa referre ex temporis tractu uel Columnæ figuram, uel alterius rei ut ſub Imperatoribus Conſtantino Conſtãte, & Conſtantio, Flaui Conſtantini Imperatoris, filiis; apparuit. eſt mihi auctor Eutropius. nec minus Lunæ figuram referre poſſent; ut ii duo fuere, qui ſub Michaele ſpectati ſunt. Adhuc, neque claro, & ſereno Cœlo exiſtente, alterius aut alterius, coloris poſſent conſpici Cometæ; nam nec rutili, nec fuſci neque clari viderentur; qui colores, & ſæpe in Cometis conſpiciuntur, neque ex alia re oriri poſſunt, niſi ex materia, ex qua fiũt Cometæ, ut infra declarabitur. præterea nec conſpici

abſque

abſque ſcintillationibus poſſent Cometæ, quando in illo congreſſu mediarent fixæ ſtellæ; nam errantes cum propè ſint non ſcintillant: contra fixæ cum ſint ualdè remotæ eorum propriũ eſt ſcintillare ut ait Ariſt. cuius ſentẽtiam ſic Pontanus eſt Carminibus complexus.

Præterea cum ſola acies immota deorum
Cernitur; obtutuq. heret defixa ſub ipſo;
Cum tot illa quidem ſidentia ſigna micanti
Scintillent radio, tremulus qui internatet ardor
Scilicet alta illis regio ſedesq. repoſta.
Quo poſtquam aduenit defeſſo lumine viſus
Defeſſus tremit ipſe, tamen tremere ipſa videntur
Aſtra, micant radij, ſed lumina noſtra tremiſcunt.
At contra vicina Deum ſtatio, ardua quamquam,
Proſpectu facilis tamen, atque immota tuenti.
Quo penetrans ſtat certa loco, inſiſtitq. uidendo
Noſtra acies, fixisq. oculis immobilis hæret.
Sic igitur cum tot modis à veritate opinio, atque iſtorum.
Sententia cadat. alia verior eſt quærenda.

Pytagoræ, Platonis, Apollonij Myndi, Senecæ, & Cardani opiniones exploduntur. Cap. IX.

PYtagorę verò & Platoni, quorum hæc ſententia fuit, ſi Olympiodoro eſt fidendum: quod Cometa eſſet unum ex errantibus aſtris. quos eſt Lucius Seneca, ut ſupra mõſtrauimus ſequutus; haud ſtandum eſt. quam etiam opinionem Apollonius Myndus ante Senecam habuit. quæ ſtare nõ poteſt: quoniam Planetæ ſuis motibus mouentur; aliqui tardè, aliqui uelociter. motus uero iſtorum, ſub Zodiaco conficitur. Atqui cum iſte motus non ſit ex una motione; ſed ex diſparibus; quæ motiones, eò admirabiliores ſunt, quoniam in omni æternitate, ut Cicero inquit, progreſſus, & regreſſus, reliquosq. conſtantes motus & ratos, conſeruant. & etiam in his hoc conſideratione dignum animaduertitur: quia hæ ſtellæ aliquando occultantur, abſconduntq. ſe ipſas; deinde aperiuntur, modo abeunt, modo recedunt. exq. illis ſic motis Magnus annus fieri

contingit: qui tunc efficitur, cum Solis, & Lunæ, aliarumq́ue quinque errantium ſtellarum; ad eandem inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatijs, eſt facta conuerſio. qui motus cum nuſquam ab aliquo Comete ſit peractus, meritò ſequitur, vt non ſit id quod Pytagorici opinati ſunt: nempe, ut Cincinnata ſit unum ex erroneis aſtris. At ſi unum eſſet ex errãtibus ſyderibus; tunc uel motu proprio moueretur, ut faciunt alii planetæ; vel alieno qui numquam eſt uiſus, dicat quicquid uelit Seneca. Vnde cùm Saturnus, ut & cœteræ errantes ſtellæ, a primo mobili moueantur: mouẽtur etiam motu proprio, quare cum ipſe à terra abſit plurimum, triginta ferè annis curſum ſub ſignifero perſicit. Iouis uerò ſtellã, quæ φαετων dicitur eundem duodecim ſignorum orbem, annis duodecim conficit, facitq́ue multas in curſu uarietates, ut in ſtella φαίνων conſpicitur, tum antecedendo, tùm retardando, tum matutinis temporibus ſe aperiendo tum veſpertinis deliteſcendo. At Martis ſydus uigintiquatuor menſibus, ſubtractis, demptisq́. ſex diebus; eundem luſtrat orbem. Mercurius uerò, qui neque à Sole longius unius ſigni interuallo, diſcedit; tam ſubſequens, quàm anteuertens; uertente ferè anno ſigniferum luſtrat. ſic etiam Veneris Aſtrũ, quod græcis φωσφορος dicitur. at Sol qui principatum inter aſtra tenet quique Lunam cęterasq́. ſtellas illuminat: dum larga luce terras compleuerit; anni quatuor tempora procreat. nam inſlectens ſuum curſum, ad Septentriones ęſtatem facit. ad meridiẽ uerò hyemem. reliqua autem duo tempora adiunguntur: ſeneſcenti æſtati, autumnus; hyemi ſeneſcenti, uer. quæ omnia diebus quinque, & ſexaginta, & tercentis, addita quarta ferè diei parte peragit. ſic enim, iſto in tempore duodecim Zodiaci ſigna luſtrat, & peragratur. quo curſu cum omnia, quæ in terra, marique fiunt, generentur; hinc omnium Princeps eſt dictus, & Dux: & Macrobio ex Heraclito fons cœleſtis luminis. & ideo Dux, quia omnia lumina maieſtate præcedit. Princeps uerò quia ita eminet vt propterea quod ſolus appareat, Sol ſit uocatus. de quo ita Iouianus Pontanus dicebat.

Quod ſolus Cœlo apparet fulgentibus aſtris]
Solus, & immenſo late loca lumine luſtrat,
Hinc Solem dixere patrem, lucisq. dieq.

& ante eum Horatius.

Alme

Alme Sol Curru nitido diem qui
Promis, & celas; aliusq. & idem
Naſceris, poſsis nil urbe Roma.
Viſere maius.

Et cum à Deo Opt. Max. ſit Creatus Sol, qui luminare maius a vetuſtiſsimo omnium vate Moſe eſt uocatus. hinc forte phyloſophis quibuſdam Cœli cor eſt appellatus. nam ueluti in animali cor, eſt fons uitæ, & caloris: ita etiam & Sol, in mundo. unde ab ipſo rerum generationes fiũt; ut dixerit Ariſt. Solẽ, & hominem, hominem generare. & non ſolum ad hominis generationẽ, ſuo motu, & lumine cõcurrit; ſed ipſius calor, in terra, aqua, ac aere perfuſus: animantia ex putredine parit. quare rectè ab Orpheo dictus eſt uitæ lux, oculusq. iuſtitiæ.

Κλῦτι μοσκαρ πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα,
Τίταν χρυσαυγὲς ὑπερίων οὐράνιον φῶς
Ὄμμα δικαιοσύνης ζωῆς φῶς

quod etiam egregiè dixit Homerus.

Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

quem exculptè admodum, & ſcitè immitatus eſt Virgilius.

Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras.
Vnde Sol apud Ouidium, ita de ſe ipſo loquitur.
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus.

quare merito ab Ariſtotele, & ipſius interprete Auerroe Solẽ, & orbem decliuem, generationis principium eſſe eorum quæ à non ſimili fiunt; eſt ſancitum. at eorum quæ à ſimili fiũt; alia cum Sole, & orbe decliui concurrit cauſſa. nam Planta, & Sol: plantam generant, & bos, bouem, ſed illud haud relinquendum eſt: quod cùm Sol, unus tantum ſit; non tamen omnibus æqualiter lumen, caloremq. ſuum exhibet; vt Themiſtius ait. aliter enim aquam aliter aerem, ignem, tellurem, plantas, homines, metalla, & animantia, quæ gignuntur, & intereunt illuſtrat: prout materia eſt diſpoſita; vt Solis impreſsiones recipere poſsit. quod videmus in igne; quoniam nix, ceraque ab igne liqueſcunt: cœnum induratur, & lapideſcit. ligna in cinerem conuertuntur, liqueſcit ferrum, & comburitur. quare uel ex hoc vno Planeta licet Dei Opt. Max. & glorioſi admirari ſapientiam. Vnde non immerito de ipſo Sole, ita Plinius dicebat. inter hanc cœlumque eodem ſpiritu pendent, certis diſcreta ſpatiis, ſeptem

ſydera: quæ ab inceſſu uocamus errantia; cum errent nulla minus illis. Quorum medius Sol fertur ampliſsima magnitudine, ac poteſtate: nec temporum modo terrarumq. ſed ſyderum etiam ipſorum, cœliq. rector. Hunc mundi eſſe totius animam, ac planius mentem. Hunc principale naturæ regimen, ac numẽ credere decet, opera eius exiſtimantes. hic lucẽ rebus miniſtrat, aufertq. tenebras. Hic reliqua ſydera occultat, annumq. ſemper renaſcẽtem; uices temporum ex uſu naturæ temperat. quare eius opera penſitantes Poetæ: modo Apollinem uocant, ut Horatii illud.

Quid dedicatum poſcit Apollinem
Vaſes? quid orat de patera nouum
Fundens liquorem?

at Plato ἀπόλλωνα a radiorum ractu cognominatũm, ſcribit. uocatus eſt Lanius, & Peſtilentię immiſſor ab Homero. & augur & liber, & Phœbus, & Mercurius, & Paſtor, & Ianus, & Oſyris, & Lycius. de quibus nominibus, præter Platonem, Horatium, & Macrobium, ſic Iouianus Pontanus ex Cerreto Oriũdus, dicebat.

Hunc & Paſtorem conuerſo nomine dicunt,
Quod paſcat quicquid ſub cœli naſcitur oris,
Quodque fores naſcentum aperit, quod clauſtra relaxat
Gignentum, tenerosq. educit in aera fœtus.
Hinc Iano nomen fecere, hinc nomina Phœbo,
Ipſa dedit ſpeties, nitidoq. in corpore fulgor.
Idem quod uolucres neruo ſtridente ſagittas
Torqueat, & certo defigat uulnera iactis
Morbos illuuiemq. ferens, hinc notus Apollo.

ſimiliter etiam cur aliis nominibus uocetur, eundem Pontanũ Doctiſsimum uidere poterimus itaque cum ita emineat Sol, ſitq. Princeps, & ſyderum Rex; Luna certè poſt ipſum, & Regina eſt, & Solis ſoror. quæ eſt ut Mathematici oſtendunt, & in primo cœlo ſi aſcendamus, ſi uero deſcendamus in ultimo. cuius magnitudo, paullo quàm dimidia terræ, pars maior exiſtit. & iiſdem ſpatiis uagatur quibus Sol. ſed tum congrediens cum Sole, tum digrediens: eam lucem quam à Sole accepit, mittit in terras, & uarias ipſa mutationes lucis habet: atque tum ſubiecta, atque oppoſita Soli, radios eius, & lumen obſcurat. tũ

ipſa

ipſa incidẽs in terræ umbram, cum Sol ipſam aſpicere nequeat, propter diametralem terræ interpoſitionem inter ſe, & Lunam deficit, & ecclypſim patitur. quare & Phyloſophis, & Poetis, & Diana dicitur. ut Horatii carmina demonſtrant.

Phœbe ſiluarumq́ potens Diana
Lucidum Cœli decus, ò Colendi
Semper & culti, date quæ præcamur.
Tempore ſacro.

& Ilitya, & Lucina, & Genitalis, ut idem paullo inferius ait.

Rite maturos aperite partus,
Lenis Ilitya tuere matres
Siue tu Lucina probas uocari.
Seu genitalis.

uocatur quinetiam & Proſerpina, quæ uox denotat Lunã ſub terram eſſe. & ſyderum regina bicornis. nam cum Luna ſigniferum circulum, ſiue Zodiacum diebus uicenis ſeptenis, & triẽte, hoc eſt, tertia vnius diei parte, quæ octo horis conſtat pertrãſeat. Vnde cum hoc ſpatium in ſe quatuor ſeptimanas complectatur; quarum tamen nulla integros ſeptem dies habet; ſed uni cuique quatuor deſunt horæ; hoc eſt ſextans diei. fit ut in hac peregrinatione ut modo bicornis ſit, ſeu falcata, modo paullo plenior, modo plena, modo uacua, modo obſcura. ideo uaria ſortita eſt nomina. at cum ſit Luna ut ſupra diximus ex ſua natura opaca, lumenq. a Sole recipiat: ſequitur ut prout, Sol ipſam aſpicit, ſic uarias & Luna referat effigies, & figuras. quæ tamen octonario numero complentur, nam octo modis à Sole illuminatur. bis nempe in ſexta circuli parte, ſextilem uocant. bis in quadrato, bis in triente, ſiue tertia circuli parte, una in oppoſitione, altera in coniunctione quam rem non minus plene, quã docte diuiniſsimus Galenus hiſce uerbis eſt complexus. Nouũ enim lumen ſortitur quum Sole primum fruitur: tanta autem eius portio ſemper illuceſcit, quantam Sol aſpicit; prorſus autẽ deficit, luciſque expers redditur, ubi terra ſuo interuentu, ipſam obtenebrarit. Quapropter à Solis receſſu, omnes mutationes ſubſtinet. Etenim plena eſt, cum diametra apparet. æqua portione diuiſa, διχότομος græcis appellatur, quũ quadrangula eſt: gibboſa cum triangula: & falcatam ſpetiem refert, ſex angulis prædita. Atque tum primum recens eſt, cum poſt Solis congreſſum

ſum apparet: obſcuratur omnino, cum Solis lumen circa eam emergit. Hactenus Galenus. quæ omnia facilius innoteſcunt, ex eo ſchemate, quod apud Fruhſium uidere poteris Inſtit. medicin. lib. 4. ſect. 2. cap. 10. Ex quo quidem poteſt quis lunares mutationes affabrè cognoſcere: & etiam uidere poteſt cauſſam, cur breui curriculo, nempe diebus uigintiſeptem, & horis octo, uniuerſum ſigniferum perluſtret Luna. At quum Luna in craſſet animantia, fructusq. augeat & menſtruum in fœminis motum facit? quoniam, ut ipſa à Sole radios recipit, in terramque dimittit: fit ut aer, reliquaq. humida, magis, aut minus exiccentur: & magis uel minus augeãtur in noſtris corporibus aliorũq. animantium, humidæ partes, ut cerebrum medullæ, & excrementitius ſanguis: unde natura, à quantitate, & qualitate humornm grauata, excretionem per magis commodas partes molitur: at corporibus ob ætatem exiccatis, cum non poſsint amplius tot excrementa aceruare, menſes non accidunt. nec minus hæc eſt cauſſa cenſenda, quod ligna; ſi cum Luna deficit ſeccentur; cariem non admittunt: diſsipata humiditate excrementitia, & aquea; quæ in terreno, & plantis adeſt. & qua, pro alimento planta utitur; ex qua luxuriat & turget, ſecus uero quãdo Luna, augetur plantis accidit; quoniam illa humiditas ualida eſt, & uiuida quæ cum aquea ſit, & excrementitia, facillime putredinis cauſſa, cenſeri poteſt: ex qua ligna cariem ſentiunt. Vnde non ineptè apud Varronem Agraſius dicebat, non ſolũ in ouibus tondendis, ſed in meo capillo, à patre acceptũ ſeruo, ne decreſcente Luna tondens, caluefiam. ratio autem eſt; quoniam non ſolum priuatur fuligine illa, ex qua capilli fiunt, quæ fuligo ab omni corpore producitur: ſed etiam promptitudine illa, ad materiam recipiendam priuatum; dum fit quædam uiolenta impulſio; ut etiam in arboribus & ſatis uiſitur. Quare, cum Luna, Sol, cœteraque ſydera, ita in motibus ſuis ſe habeant, & obſeruentur: obſeruatæq. hucuſq. per annos 6771. ab orbe creato, tam à Caldeis, Hebreis, Gręcis, & Latinis omnibus, & potiſsimum Aegiptiis, & Arabibus ſint, qui motus aſtrorum uigilanter coluere, ac obſeruarũt: neque plures, aut pauciores motus, unquam ſint uiſi. neſcio quomodo iſti uiri ſydus Crinitum, ex errantibus aſtris unum eſſe ſtatuerunt. Amplius cum omnes planetæ, ſub ſignifero moueantur: ut uiſum

eſt ſupra. Cometa haud poteſt, una ex erroneis ſtellis eſſe. quãdo & alibi conſpiciantur, conſpectiq. ſint Cometæ. Et quũ per tam longum æuum non ſolum ſint motus obſeruati, ſed etiam eorum numerus; & ſemper ſint ſeptem quæ errant ſydera obſeruata; non eſt poſsibile, ut Cincinnata, ſit Planeta. Amplius vno plures orti ſunt Cometæ, & duo, ut ſub Michaelle, & tres, ut aliis temporibus. ex quibus eſſet dicendum vt plures eſſent orbes quæ ferre Cometas ſolent. quod eſt abſurdum. multiplicare enim orbes abſque eo quod neceſſum ſit, ſtultũ quid eſſet. Præterea ſi eſſet unum ex errantibus aſtris Cometa, & haberet ſuum proprium orbem ut iſti dicunt: iſte orbis ſolum moueretur motu irregulari, quoniam ſub deficeret aliquando omni anno, vt uiſum eſt anno 1530. 1531. 1532. in quibus ſemper uiſi ſunt Cometes. & poſtea interpoſitis annis rurſum ſubdeficeret orbis, & iſta ſub deficientia, nullum ſeruaret ordinem. nam in anno 1534. apparuit Cometes, deinde nũquam comparuit niſi in anno 1556. deinde nuſquam uiſus eſt niſi in anno 1577. vt reliquos Cometas qui ætatẽ noſtram præceſſere omittamus. quare ridicula eſt iſtorum ſententia. Adhuc cum omnia aſtra, vnam retineant figuram, neque differant niſi magnitudine, tam ea, quæ in firmamento ſunt, quàm ea, quæ in ſeptem aliis inferioribus orbibus, conſpiciuntur; & tamen crinitum ſydus ſolũ in tanta ſtellarum multitudine, & maximo grege Cæſariẽ poſsideret; reliqua uerò eſſent infructuoſum agmẽ. nec minus illud portenti nomen ſubiret, ſi cum colore uarientur Cometæ, uarios indueret colores, & formas, tamquam Protheus quidam, aliquis ex planetis. quapropter cum rationibus, ac hominũ obſeruationibus minime iſtorum ratio conueniat, & opinio: nullo modo eſt dicendum Cometam eſſe ex errantibus ſtellis unam; & etiã quæ nomine careat. nec minus Hyeronimi Cardani, nouum figmentum eſt explodendum. qui putabat eſſe globum quendam in orbe proprio Cometam; & ut illuſtrabatur a Sole, vel comam, uel barbam reciperet. nam omnes prædictæ rationes contra ipſius opinionem faciunt. & præterea, quomodo ſaluaret Cardanus reliquas Cometarum ſpecies? neque etiam quiſquam ad hæc uſque tempora, adeo acutioris & perſpicacis ingenii fuerit, ut globum Cardani aliquo tempore animaduerterit. nec minus etiã falſa ſupponit Seneca. nam minime ueritati

E conſo-

conſonum eſt, & experientiæ repugnat, quod ea quæ fiunt in aere ſint breuia; ut de niue, de nebula, de nubibus, de pluuia, experimur: quæ aereæ impreſsiones aliquando per plures menſes perdurare uidentur. taceo de diſcurrentibus ſyderibus, & de aliis aereis impreſsionibus, quæ fiunt in aeris ſuprema regione: quæ tenaciorem materiam nactæ, magis durant, inque longum tempus protrahuntur, ut uoragines, halo, trabes ardentes, & cœtera huiuſmodi. fallitur etiam Seneca, qui putat Cometam, uti nubem, in aeris regione conſiſtere. quando in aeris ſupremam partem, in qua nubes non extolluntur Cometa conſiſtat. non enim in hanc uapores, qui nubes faciũt aſcendere poſſunt. neque poteſt ignis deſcendere; quoniam & contra ipſius naturã foret; & etiam non eſſet materia ad ipſum alendum adeo parata, ut ex ipſa ali poſſet ignis; ut inferius dicetur. & cum plenius atque huberius alatur Cometa; paulatimque extabeſcat: ut de aliis legimus; & de hoc uidimus: qui in fine anni 1577. apparuit; & extabuit, inque nihilum redactus eſt; circa Ianuarii medium 1578. idcirco non poteſt eſſe ſydus errans cum non extabeſcat ſydus. & dum dicit ipſe. quis unum ſtellis limitem ponit? reſpondemus. earum finis: ob quem à Deo Opt. Max. glorioſiſſimo omnium opifice; ſunt creatæ, ut tali motu, & lumine, rerum generationes, ac corruptiones faciant. & dum ait. quis in anguſtum, diuina compellit, dicimus, longa per tot ſecula obſeruatio. & ſi ut tu inquis Seneca, poteſt Cometes, ſic latum habere circulum; ut in hunc parte aliqua ſui incidat. cur igitur ò Seneca frequentius non uidentur, ſi tam latum circulum habent Cometæ? neque ſtant reliquæ ſtellæ, ut rudis, & immobilis populus: ſed mouentur etiam ipſæ, ut ſuus orbis mouetur: nempe ab Oriente in occiduam partem: contra planetæ ut ſæpius eſt dictum.

Hyppocratis Chij, & Aeſchili opinio refellitur. Cap. X.

NEque etiam, Hyppocratis Chii, & Aeſchili eius diſcipuli opinionem ac ſententiam conſiſtere poſſe: ex iiſdem rationibus allatis probatur, quoniam & ipſi ſextum planetam,

ñetam, Cometam eſſe; dicebant, at ab ipſis Pitagoreis; eò diſentiebant; quoniam Comam, quam cincinnata habet; non eſſe ex eadem ſubſtantia, & natura criniti ſyderis, ut Pytagorei profitentur; uolebant: ſed aliunde Comam aſciſcere arbitrabantur. nam cum Sol, & ſtellæ omnes: quæ eiuſdem ſpeciei ſunt; neque differt ſtella, à ſtella; differentia aliud cauſſante, ut cum Porphyrio loquar. quod quidem accideret; ſi eſſet ſextum planeta Cometes: duobus modis calorem in hæc inferiora cauſſent: eorum nempe motu, & luminis reflexione, ut eſt mihi auctor Auerr. Cùm uerò in iſta inferiora calorem faciant ſtellæ: calfiunt corpora tam ſimplicia, quàm compoſita. inter ſimplicia corpora caleſcit tellus: & ſi hæc terra quam habitant, & colunt animãtia, non ſit corpus ſimplex, cum ea accidentia habeat quæ compoſita corpora ſequuntur: ut etiam aqua. tamen liceat impreſentiarum nobis ſimplex corpus uocare, & tellurem, & etiam aquam. igitur cum terra incaleſcit, quæ ob ſui grauitatem in medio eſt collocata, infimumq́. inter omnia elementa locum eſt ſortita: ad quam tamquam ad communem elementorum cloacam, omnia quæ in igne, aere & aqua grauitatem nanciſcuntur, ad ipſam conuolant, & deueniunt. in qua ebulliunt, & fermentantur. ex quibus ipſa redditur & fœcunda, & omni ſaporum genere repletur. unde poſsit unaquæque planta, ut ait Magnus Hypp. ſuum ſimilem ſuccum, attrahere; ut nutriatur. ſic glycyrrhiza, dulci ſucco nutritur; & abſinthium, amaro. Ex qua rerum diuerſitate, antiquitus factum fuiſſe iudico; ut uariis nominibus tellus, uocaretur. ut Bona dea, fauna, opis, fatua, & quandoque Proſerpina. Bona, quòd omnium nobis ad uictum bonorum, cauſſa eſt. Fauna quòd omni uſui animantium fauet. Opis, quod ipſius auxilio: uita, conſtet. Fatua a fando. nã infantes non prius uocem edunt; quàm terram attigerint. alii Proſerpinam uocant, quoniam tellus eſt tenebrarum cauſſa. nam ſi Sol. ſub ipſa non circumferreretur, telluris umbra non appareret: neque mox fieret, quæ eſt magna terræ umbra, inuoluens Cœlum, polumq. ut ait Virgilius.

Vertitur interea Cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq́. polumq́.

quòd etiam exculpſit Statius hiſce carminibus.

Nox ſubijt, curasq. hominum, motusq. ferarum

Compoſuit, nigroque polos inuoluit amictu.

Quæ terra eſt etiam Mundi vterus appellata. quia Sol & ſtellæ ſuo calore ipſam calefaciendo fœcundant, undè & mineralia, & plantæ, & animantia producuntur. uel ex ſemine producta, alimentum, & omnia neceſſaria; ſine quibus haud ſtaret vita, capiunt. ex quibus aliquibus eſt mater vocata. Cauſſatur autem, ut paullo ſupra dictum eſt, in terra calor, quum ex lumine Solis, & ſtellarum: tùm etiam ex radiorum reflexione. unde ex ipſa, aliisque inferioribus elementis, & corporibus compoſitis duo exhalationum genera fiunt. una calida & ſicca, fumoſa: quæ ſuapte natura ſurſum fertur. altera calida, & humida; uel ut inquit Auerr. frigida, & humida, uaporoſa; quæ omnes ſunt earum rerum, quæ in ſublimi fiunt μετέωρα græci dicuut. itaque Hyppocra. Chius, & Aeſchilus uolebant, ut Cometæ ex humido uapore attracto, qui ueluti quædam nubes eſſet, fieret Cæſaries, refracta uiſione uti diximus: & ad Solem repulſa. quod uerum minimè exiſtit: quia, ſi ex acie repulſa mendax criniti ſyderis aſpectus oriretur, ut poſt Ariſtotel. ait Phyloponus. vbique haud poteſt uidendi acies ad Solem radios replicare ſuos. igitur non ubique hoc ſydus crinitum efficeretur. quod eſt falſum. non enim ſolùm ad boreos tractus, ſunt obſeruati Cometes: ſed etiam ſub æquatore, & iuxta tropicos tractus. repugnat etiam ipſi humoris attracti naturæ, quādo exhalatio humida haud poteſt, tam ſublime ſcandere: ut quę mediam regionem non aſcendat. ut manifeſtant nubes; quæ ex ipſa humida exhalatione, ut diximus fiunt.

Stratonis Lampſaceni opinio damnatur. Cap. X I.

STRATONIS igitur Lampſaceni, opinionem falſam eſſe, conſpiciemus: ſi ea quæ ſupra de nube diximus; in medium reuocauerimus. nam cum nubes ſit congeries, & humidorum uaporum agmen; ex terra, ex Solis, & ſtellarum lumine, & motu, eleuatum; atque in altum poſitum; fieri numquam poterit, ut aliquis Cometes ex lumine in nube compre-

henſo

henſo appareat. quando & ſi nubes poſsit, quum uariis indui figuris, tum & coloribus; ſecundum quod uapores nubem cō ſtituentes, ſunt uel magis, uel minus craſsi, terreſtriores, ſubtilio res aut puriores: nihilominus ſi ſic conſpiceretur lumen, minime crinitum ſydus eſſet, ſed Halo. qui à Solis, & Lunæ, cæterorumq. aſtrorum lumine cauſſari poteſt. quando ipſa halo, nihil aliud ſit; (ſecundum eorum ſententiam, qui extramittendo uiſionem fieri putant.) quam nubes continua; ideſt non diuiſa, inter noſtrum uiſum, & lumen, uel Solis, Lunæ aut alicuius lucidi aſtri. in qua radii ex noſtris oculis impulſi, ac immiſsi cum refranguntur, uidetur nubes quædam colore prǽdita: quæ modo circularem figuram repreſentat; modo (ſi nōn ſit ita regulata nubes) ſemicirculum deſignat, ſed tamen illa nubes, non eſt adeo denſa, ut exiſtimabat Lampſacenus Strato. ſed potiùs eſt quædam caligo, ut ait Ariſt. At cum uiſio fiat, eo quia uiſibile producit radios ſuos pyramidis modo, cuius baſis, in obiecto, ſiue uiſibili terminatur; conus uero, ſiue acutus angulus ad uiſum noſtrum, uel noſtros oculos. fit ut lumen & ſyderis radii, per caliginem illam, ſeu nubem tranſeant, ut fit in laterna: & ſic deprehendatur ab oculo illa caligo, quæ halum facit, una cum radiis. deprehenduntur autem unà cum nube radii, ut in laternis accidit, quando lumen incluſum in diaphano, cum diaphano recipiatur. illa autem caligo quæ cauſſat halum; ibi à frigido denſa eſt effecta. quod ex hoc uel facile percipitur, quia ſi à frigore magis caligo illa denſatur, in pluuiam uertitur. ſi uerò diſgregetur, uentos parit. nam materia illa diſſoluta in exhalationes, eſt uentorum cauſſa. ſi uerò euaneſcat, ſerenitatem parit. diſsipata, & inſenſibiliter diſſoluta uaporoſa illa materia, quæ halum generabat. Ex quibus illud non eſt mirandum; ſi aliquando a Metheorologicis, ut ſignum pluuiæ, aut uentorū, aut ſerenitatis Halo conſideretur. fit etiam halo circa lucernas, & potiſsimum hyemis tempore: quoniam aer à frigore incraſſatur, & oculus illam aeris rotundationem uidet. ſimili modo & a lipientibus, & imbecillioribus oculis omni tempore, circa lucernā halo cōſpicitur, & cū aliquis è ſommo ſtatim ſurgit. calidi uapores ex lipitudine proſilīētes faciūt ut halo cōſpiciatur; ſimiliter, cum oculus eſt imbecillis, uel a ſommo ſurgit animal; tunc & caput exhalationibus redundare, & oculi, nec minus

halo accidit cum oculus fricatur, ob eandem cauſſam, cauſſantur enim, ex motu illo uapores in oculis. At quæreret fortè aliquis, cur in halo tot colores, ut in iride non uidentur. dicimus quia caligo, ſiue nubes illa quæ halum efficit, non eſt tantę permanentiæ circa Solem, ut ſunt nubes irim cauſſantes: quia uel in pluuiam reſoluitur, uel inſenſibiliter euaneſcit halo. at ſi eſſet permanens, & rorida, & alteram opacam nubem haberet, tunc dubio procul colorata eſſet halo. quæ cum ita ut diximus ſe habeat, qui fieri poteſt, ut halo ſit Cometes? ualeat igitur Stratonis opinio. nec etiam poſſet modo Cæſariem habere modo barbam, uel alterius figuræ formam: cum ipſius figura ſemper, uel circularis, uel ſemicircularis ſit. neque poteſt halo ita ut Cometæ colorantur, colorari, nec ut ipſi permanere, diutius: ac in longum tempus produci: quæ duo faciunt Cometes.

Heraclidis Pontici, & Boethi opiniones reprobantur. Cap. XII.

NEC minus Heraclidis Pontici ſententia, eſt damnanda: qui Cometem, illuſtratam nubem eſſe dicebat à Sole. quando & nubium naturæ repugnet, ut ita in altum eleuentur nubes ut aeris mediam regionem pertranſeant. quoniã, & ſi ratio id non doceret: experientia comprobari poſſet. ratio autem hoc demonſtrat, quia, cum ſint in aere a phyloſophis tres regiones obſeruatæ, infima; media, in qua radiorum Solis reflexiones terminantur; & extrema ſupereminẽs. quæ cum ſit ignis ſpheræ contigua, potius ignis quandam ſapit naturam; quàm aeris. prima patiens frigoris, & caloris eſt: prout uarias à Sole mutationes recipit, ut in hyeme, uere, æſtate, & autumno cernimus. ſecunda cum a ſolaribus radiis, & motu non caleſcat; quia ſolares radii ad ipſam non attingunt, ſit ut ſit, reſpectu primæ, atque ultimæ regionis aeris, frigida: quæ ab effectu antiperiſtaſis eſt dicta. in qua uapores delati, nubes fiunt. & ob illam contrapoſitionem, præſertim ſi ab aliqua frigida aura ſit adiuta, in pluuiam nubes reſoluitur. & ſi maior ſit ibi frigiditas, in niuẽ: & in æſtate cum frigidi boreales uenti ſlant, in grandinem reſoluuntur nubes; nam maior contrapoſitio, & antiperiſtaſis ſit. de

quibus

quibus aeris regionibus, ſic egregio carmine cecinit Pōtanus.

Et quoniam tres in partes diſtinguitur aer.
Prima æque patiens eſt frigoris, atque caloris,
Alternasq. uices, alterna ſorte rependit.
Vere tepens, æſtate calens, eadem horrida bruma
Proxima ab inflexu radiorum amota, malignum
Frigus, & algentem latè complexa rigorem,
In quam ceruleus paſsim vapor actus inerrat:
Vnde cadunt imbres, unde & nix concitat alas.
Vltima torrenti ſemper ſitit uſta calore,
Flammarum conſueta uagos inuoluere tortus.
Halitus ille igitur longè, ualidusq. potensq.
Huc penetrat, ſuperatq. hyemes, & frigora uictor.

Ex quibus, cum ſint ita nubes conſtitutæ, ex uaporibus calidis & humidis, uel frigidis, & humidis; illi uapores, ſecundam ut diximus aeris regionem aſcendere non poſſunt, ipſorum natura prohibente, & etiam aeris, frigiditate; quæ ipſos cogit, inque eos pluuiam, niuem, uel grandinem reſoluit. quare nō ita ſublime petunt nubes, ut Heraclides Ponticus dicebat. Experientia autē eſt compertum, altiſsimos quoſdam montes reperiri, in quorum ſummitatibus, & acumine, ſemper adeſt puluis. ibi enim nubes non aſcendentes, pluuiam cauſſare nequeunt. ut de Olympo in Macedonia refert Euſtatius: in quo, repertæ ſunt litteræ, quæ per multas ante Olympiades, erant in Olympi polline inſculptæ. quæ, cum altius non aſcendant nubes, fieri haud poteſt ut ipſæ a Sole illuſtratæ; cometæ figuram repreſentare ualeant. neque ex uaporibus nata congeries, poſſet tamdiu in aere conſiſtere, ut crinitum ſydus facit: impediente uaporum natura, cū ſint maxime reſolutioni dediti. nec etiam poſſent nubes uno ĩn loco, ſemper conſiſtere; quum in locis, in quibus ualde auræ, & uenti uigent, gignantur: quoniam uel huc, & illuc, impellerentur, aut in aquam, uentum, uel aliam aeris medii impreſsionem reſoluerentur. Et nec minus Boethi opinio ridicula ſtare poteſt; quando uapores cum ſint aquei, qui nubes faciunt, ut in caligine, uel nebula uidemus; quæ ut diximus infœcunda eſt nubes. inflammari nequaquam poſſunt. quoniam ſi ita foret aqua cōbureretur. quod eſt ridiculum, nam nubes eſt (ut dicunt) uiciniori poteſtate, aqua.

Vulgi

Vulgi opinio Suetonio referente, de ſydere Cæſaris redarguitur. Cap. XIII.

CVM homo, qui diuinum animal, a Triſmegiſto dicitur, haud ſit cum brutis comparandus, ſed cum diis cœleſtibus. quippe cum bruta, ut Saluſtius inquit, natura prona, atque uentri obedientia finxerit. Homo uerò cum ſit animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilii; præclara conditione quadam, ut Cicero ait, a ſummo rerum opifice Deo, eſt creatus. ſolus enim eſt ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis, & cogitationis, cùm cœtera ſint expertia. quid eſt autem non dicam in homine, ſed in omni cœlo, atque terra ratione diuinius? hinc igitur factum eſſe affirmarim, ut homo deorum ludus, ſit à Platone dictus. cùm ea omnia quæ poſsidet homo, uniuerſi reſpondeant, ac conſentiant. ita de hac re promente Ariſtotele. Caput itaque cœteris omnibus ſuperiorem, obtinet ſitũ, corporis ſui ratione. At homo quoniam ut modo diximus, ad uniuerſi orbis habitum, inſtitutus eſt; idcirco partem etiam iſtam, habet reſpondentem parti ſublimi uniuerſi quapropter rectè quibuſdam, Meleſio referente ab ἄνω ρ' ἰχνὸν, dictus eſt homo: quod uultus ad ſydera tollat. quos eſt Ouidius imitatus.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terras,
Os homini ſublime dedit, Cælumque uidere
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

ſimilem etiam ſententiam habuit Sillius Italicus cum dicit.

Nonne vides hominum, vt celſos ad ſydera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora,
Cum pecudes, volucrumq. genus formasq. ferarum
Segnem, atque obſcœnam paſsim ſtatuiſſet in aluum?

quam rem etiam haud tacuit Seuerinus Boetius.

Quam varijs terras animalia permeant figuris.
Namq. alia extento ſunt corpore, pulueremque vertunt
Continuumq. trahunt, ut pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus alarum leuitas vaga, verberetq. uentos;
Et liquida longi ſpatia ætheris enatet volatu.

Hæc

Hæc præſciſſe ſolo ueſtigia, gradibusq́. gaudent,
Vel virides campos tranſmittere, uel ſubire ſyluas.
Quæ varijs videas licet omnia diſcrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingrauare ſenſus.
Vnica gens hominum celſum leuat altius cacumen.
Atque leuis recto ſtat corpore, deſpicitq. terras.
Hæc (niſi terrenus male deſipis) admonet figura
Qui recto cælum vultu petis, exeriſq́. frontem,
In ſublime feras animum quoque grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſus leuato.

Vnde ob iſtam quam cum magno mũdo habet ſimilitudinem, dictus eſt μικρὸκοσμός, nempe paruus mundus. quoniam ueluti in magno mundo adſunt prima corpora ſimplicia; quæ uti ſupra diximus, ſunt tellus aqua aer, & ignis, quæ habent ſuas qualitates: ita in homine adſunt quatuor humores, elementis reſpondentes adeſt enimbilis: quæ eſt humor calidus & ſiccus, ad ignis ſimilitudinem. adeſt ſanguis, qui cum ſit humor, calidus & humidus, proportione reſpondet aëri. adeſt pituita, quæ φλέγμα græcis dicitur. & eſt humor frigidus, & humidus aquæ inſtar. & reperitur bilis atra, ſiue melancholia, quę, eſt humor frigidus & ſiccus, ſicut terrenus exiſtit: ob id cum ipſo proportionẽ habet. & humores iſti, ſunt prima huiuſce parui mundi elemẽta; qui ab illis primis Mundi maioris elementis ortum ducunt, uti alia omnia corpora, & ueluti in magno mundo fiunt rerum generationes ut mundus corruptibilis permaneat: ſic in iſto paruo Mundo res generantur, ut ipſum conſeruent, ut ſunt facultates tres, ſiue ſpiritus, qui in noſtris gignuntur corporibus, ut vitales ſpiritus, in corde; animales, in cerebro; naturales, in hepate. ex quibus poſtea facultatibus ſic ortis, & per uniuerſum paruum mundum diſſeminatis; fit uita, cuius effectus, ſunt operationum procreationes; tam internarum, ut memorari, cogitare, atque ratiocinari; quàm externarum, ut ſentire, uidere, audire, olfacere, guſtare, ac moueri. & ueluti in magno mundo elementorum uiciſsitudines numquam ab ipſorum operationibus ſiſtunt, & à motu; ut vel manifeſtum in Cœli ſphęris uiſitur, & ſupra abundè eſt monſtratum. ſic in paruo mundo cor ſemper mouętur, ſemperq́. uitales ſpiritus procreat, & per arterias per animal uniuerſum diſpergit, ac ſeminat. ſic hepar, num-

BIBLIOTECA ROMA

quam ceſſat humores, & natura'es ſpiritus producere, & per uenas toti corpori illos impartitur. nec uentriculus à coctione unquam ceſſat, & ociatur. & cerebrum ſemper animales ſpiritus facit illosque diſſeminat per uniuerſum corpus, neruis mediantibus: qui auctores motus, & ſenſus, ſunt. & ſicut in magno mūdo Deus Opt. Max. cum ipſum ex nihilo creauerit, ut Mercurius, & Plato docuere, præſidet: ita in paruo anima, quæ cum ſit, ut magnus orator, ac phyloſophus Cicero ex Ariſtot. dicit: quædam perennis, continuataq. motio; iure à quinta natura, uel magis à Deo Opt. Max. ortum trahit. unde ſi ut inquit Cicero, comparari cum aliquo poteſt, cum Deo (ſi fas eſt) comparari debet: & ratio eſt, quoniā ut ex Mercurio & Platone didicimus, à Deo eſt creata. ita enim inquit Cicero. Et ut beſtiis aliud, alii præcipui à natura datum eſt, quod ſuum quæque retinet, nec diſcedit ab eo: ſic homini multo quidem preſtantius. & ſi præſtantius debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem. Humanus autem animus decerptus ex mente Diuina, cum alio nullo niſi cum ipſo Deo ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. & alibi de naturali diuinatione loquens, dicebat. quæ phyſica diſputandi ſubtilitate referenda eſt ad naturam Deorum; a qua, ut doctiſsimis, ſapiētiſſimisq. placuit, hauſtos animos, ac delibatos habemus. quod etiam expreſsit Claudianus.

Quid mentem traxiſſe polo? quid profuit altum
Erexiſſe caput? pecudum ſi more pererrant
Auia? ſi frangunt communia pabula glandes?

Vnde nil mirum eſt, ſi Plato animam à Deo uitam accipere dicebat. quare optime ab Ariſtotele nouo nomine anima ἐντελέχεια dicitur. quod tamen animi perfectionem denotat; cum bruta hac perfectione careant. quæ anima cum organo corporeo ad munia, & operationes agendas, haud utatur; fit ut de ipſa ſic Ariſt. dixerit. Mens igitur extrinſecus accedit, ea quæ ſola diuina eſt. quoniam nihil cum eius actione, cōmunicat actio corporalis. quapropter ab hominum cœtu eſt eliminandus Lucretius, qui de ea ſic ſcripſit.

Quod ſi immortalis noſtra foret mens,
Non tam ſe moriens diſſolui conquereretur;
Sed magis ire foras, ueſtemq. relinquere vt anguis
Gauderent.

Nam

Nam ut hoc interim non omittamus. non licet, ut Socrates apud Platonem docet: inuicto domino hinc migrare; ut non eſt fas illi, qui in carceribus detentus eſt, Præſide prohibente carceres diſrumpere, at cum tempus, & occaſio poſtulat, tunc alacriori anima homines, qui uerè ſunt homines, uita migrant, quoniam tunc fit id quod uerè dixit Petrarcha.

La Morte è il fin d'una prigione oſcura
A gl'animi gentili, a gl'altri è noia
Ch'anno poſto nel fango ogni lor cura.

ideo Michael Verrinus optime hoc diſtico rem hãc explicauit.

Quum ſit plena mali uita mortalis egeſtas.
Cur exire times carcere? liber eris.

quæ mens a Virgilio Poetarum maximo, uita eſt uocata.

Et ni docta comes tenues ſine corpore uita,
Admonent uolitare cauæ ſub imagine formæ,
Irruat & fruſtra ferro deuerberet vmbras. & alibi
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras,

Mens itaque cum ſit diuina; eius finis, ut inquit Iamblicus eſt ſe in fœliciorem ſtatum tranſmutare. uel ſecundum Porphyrium ſecundum intellectum viuere, quæ uita eſt contemplatio. Vnde ſi cognoſcere Creatorem, opera cœlorum rimari, ac Dei ſapientiam, ſit ex Ariſt. animæ munus. quum hæc omnia difficulter fiant, nec probè, vt Plato ait; fit ut tamquam in carcere detruſa anima, cupiat a corporeis nexibus ſolui & in fœliciorẽ ſtatum ſe tranſmutare; ad eumq́. a quo uitam accepit conuolare. Cum itaque res ita ſe habeat fieri non poteſt ut anima ad ſtellam ſui parem, progredi deſideret. nec minus ſe poſſet ſtellis cõiungere, cùm ſit illuſtrior, & aſtro nobilior, Mens humana. ut potè quæ à perenni illo lumine (ut Mercurii uerbis utar) proueniat. ſitq́. ipſa ex nobiliori materia (ſi fas eſt materiæ nomine uti) creata. quare nil mirum eſt ſi Gal. doctiſsimus animæ ſubſtantiam ignorare ſit faſſus. nihilominus eam, quæ ratiocinatrix ab ipſo dicitur, non ſolum eſſe diuinam ſtatuit, ſed etiã de re hac ſe demonſtrationes habere profitetur. quæ utinã ſcriptæ forent, quaprooter uere dixit Ouidius.

Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

igitur ut iam orationi coronidem imponamus, quiſquis ex ani

mi natura, poteſt facile comprehendere: quod ſit falſa opinio
illa à Suetonio recenſita: tum & Horatii ſententia quod Cæſa-
ris anima, in Cometā ſui tunc pacē abiiſſet, ſed potius illud Cri
nitū ſydus fuit multarū calamitatum prænūcium, vt Cic. dixit.

Quid ſit Cincinnata ſecundū propriā ſententiā.
CAP. XIIII.

COmetes itaque eſt ignis, in ſuprema aeris regione, in cali-
da & ſicca exhalatione accenſus, ſtellæ figuram æmulās.
Quoniam, ut ſupra eſt dictum: aer cum ſit in tres diui-
ſus partes, in ſupremam, mediam, atque infimam, corpora cœle
ſtia quæ ſuo motu, & lumine, cum corporibus inferioribus com
municant: duo exhalationum genera faciunt. humidam unam,
aliam ſiccam, quæ cum actiuis qualitatibus uel oriuntur, uel ſta
tim coniunguntur. illa ergo quæ calida & humida eſt, uel frigi
da & humida; aut parua eſt, aut multa. at ſi multa exiſtat, uel in
aeris mediam regionē eleuatur; uel in infima manet. ſi mediū lo
cum petit: ex illa nubes fiunt, & pluuiæ, nix, & grando. at ſi hęc
ob ſui denſitatem eleuari non poſſit, ex ea nebulę, & uenti fiūt.
ſi uero ſit tenuis & pauca, tūc hyeme pruinæ fiunt, æſtate uero
ex ipſa rores gignuntur. at ſi alta petat potius in exhalationem
abit, quàm ex illa nubes generari poſſint, & alia. ſi uerò ſit illa
exhalatio, calida, & ſicca: aut hæc tenuuium, aut craſſarum par-
ium eſt, & uiſcidarū; quæ quandam oleagineam crasſitiē refe-
runt. in qua accenſus ignis, modo unam, uel alteram refert figu-
rā, prout materia illa diſpoſita atque locata eſt. ſi uerò ſit tenuis,
etiam in ipſa ignis accenditur, ſed ſtatim diſpergitur, ac cōſumi
tur; ut in diſcurrentibus ſyderibus uidemus. quæ accenſæ exha
lationes ſunt, ſed modicæ, & diſperſæ, & aliquando non conti-
nuatæ, ſed modicè diſtantes, ut in lucernis modico tēpore extin
ctis apparet. quibus ſi flamma appropinquetur, rurſum accendū
tur. igitur ſi iſta ſicca exhalatio craſſarum partium exiſtat, quæ
non tam cito ab igne diſſoluatur; prout ſituata eſt materia, ac po
ſita, ita uariæ imagines apparent. locatur uerò uario modo mate
ria, quum a ſyderibus motu, & lumine attrahentibus, tum & ab
orbium rotatione, à qua & ignis, & ſuprema aeris pars adeo ue-
lociter circumrotantur, ut hydriarum exemplo ſi circa caput cir
cumrotentur, ac moueantur, non permittant aquam decidere.

ſic

ſic non admittunt ẽt uentos, & hæc eſt cauſſa cur uenti oblique moueãtur, ut notat Olypiodorus. itaque cum exhalationes admittãtur, & ſi difficulter, uariam ſortiuntur locationẽ unde accenſæ uarias formas repræſentare queunt. quæ nocte uidentur, & non die, ob Solis lumen. nec nocte omnes colores uideri poſſunt: ſed punicei, & ſanguinei, & argẽtei & aliqui ex his mixti. illæ uerò ignitiones quæ uniformes non ſunt, ut Hiatus, uel uoragines, ni eſſet circumpoſita flamma haud uiderentur. nã Hiatus ex diſrupto lumine accidunt. quoniam ex obſcuro nigroq́. qui in eius flammę medio conſpicitur oritur. quod aliquãdo in igne, qui apud nos eſt uidemus: cum fumus adeo craſſarum, & humidarum partium eſt, ut comburi non poſsit, nec in fumo flãma accendi poteſt, uſquequo illæ humidiores partes haud ſint exſiccatæ; tunc enim flamma accẽditur: nam ipſa eſt fumus accenſus, uel ut ait Ariſt. ſpiritus ſicci ardor. Vnde in uoragine apparet in diſrupto lumine, profunditas, de quibus exhalationibus, ita Ioannes Iouianus Pontanus dicebat.

Terra etenim duplicem exhalat ſaturata vaporem
Humidus hic, craſſoque madens ſe corpore vix fert.
Aridus, & calido ſuffimine proſilit alter.
Accipit hos late in gremium circumfluus aer.
Hunc ipſum triplex regio ſecat, altera candet
Ignibus, horrentique gelu riget altera, vtrumque
Prima quidem æſtatemq. ſuam ſua frigora ſentit.

Ex hac denique ſicca exhalatione, fiunt etiã aliæ ignitæ impreſſiones; inter quas eſt Cometes ipſe. qui uel maiori, aut minori tẽpore durat, ſecundũ materiæ, in qua accenſus eſt ignis diuerſitatem. (nã alia, eſt magis uiſcidior, ac tenuuior alia) quæ ẽt plures latitudines habet. ex quibus ẽt materiebus & cometis, (ut dicemus) colores, oriuntur. Cũ igitur iſta materia attracta, ſit multa ac ritè diſpoſita, fit ut accẽdatur, Cum hoc ſit de naturali ſtellarum conſuetudine, ut ait Auer. accendere illud quod eſt ſub eis ex exhalatione fumoſa, & attrahere hoc ad ipſas. & cum fuerint, inquit ipſe maiores, & plures, ipſarum operatio erit maior. igitur cum exhalatio iſta ſicca, quæ ex corporibus inferius, tam ſimplicibus, quam compoſitis ortum habet: ad tertiam illã aeris regionẽ & ſua natura, quoniã leuis eſt; & ſyderũ ac Solis attractione deferatur: ad illã inquam regionẽ, quã Põtanus Calida-

riam

ſiram appellat. ibi ut diximus accenſa, uaria incendia fiunt, & Cometarum ſpecies. at materia illa quæ communi nomine ſicca, aridaq. exhalatio, dicitur: corpus humidum eſt. non tamen illa, aquea eſt, ut recte ait Auerr. ſed aerea. alioquin non ageret ignis in ipſam; ſed contra potius extingueretur. qui cum appareat ita luminoſus in Cometis, ſignum quippe eſt, quòd ibi ſit maxima flamma, & etiam materia multa, in qua flamma eſt accenſa. Cœterum cum illa materia ſit tenax, & craſsioris ſubſtãtiæ, fit ut diu duret. durat etiam, quoniam ipſi continuo a corporibus inferioribus ſubminiſtratur materia: quæ cum non adhuc ſit temperata, fit ut ignis haud deſcendere poſsit, ſed cum propè temperetur accenditur etiam; & fit ille apendix qui comæ figuram uel barbæ, vel alterius rei refert. nã cum ſit cohalitus, & inhærẽtis materiæ tractus longior, quod in apibus uidemus; quæ ramo arboris ſuſpenſæ, dependentes uuarum racemi ſpeciem, referunt, redduntq. & etiam in mulieribus incedentibus, cum ueſtes poſterius trahunt. quamquam etiam pro materiæ ſuffumigabilis ratione Cometæ variam effigiem repreſentare poſsint, non ſolum in figura, ſed etiam in colore. at flãma quæ eſt in exhalatione illa magna non ſit eſt opus, neque tam parua, quæ cito extinguatur: ſed ſit ueluti ſi titionem, in palearũ magnum cumulum, & congeriem; iniecerimus: & tamen palea illa, paulatine, ac paulatine conſumatur. ſic in propoſita exhalatione intelligere oportet, repugnat autem, & materia illa exhalata; quoniam non adeo eſt bene ab igne diſpoſita, ut ſtatim tota conſumatur: ut in igne, qui apud nos eſt, uidemus, circa ligna, q̃ nec uiridia, nec ſicca ualdè ſunt, agere. quæ materia, (ut diximus) & ſuapte ui, & attracta ab aliquo ſydere ſurſum ducitur. at ſi à ſua natura illuc deferatur ſequitur raptus motum: & ſic moueri uidetur. nam uerè cum aeris circumrotatione mouetur. ſi uerò ab aliquo ſydere eſt attracta, uel erroneo, uel fixo: tunc ueluti Halo facit, ſic & ipſa cincinnata ſuum ſequitur ſydus. ſic enim dicebat Ariſt. Quando igitur iuxta ſtellam facta fuerit talis concretio: eadem neceſſe eſt apparere latione, & moueri Cometem, qua quidem fertur ſtella. cum autem conſtiterit per ſe. tunc tardior uidetur. talis enim eſt latio mundi, qui circa terrã. & ideo docte hanc Ariſt. ſententiam, ſic carmine deſcripſit Capicius.

Demum

Demum quæ Cælo fulgentia crinibus ardent
Sydera ſlammiuomis, errantum more vagantur,
Ac propriè immenſum circumducuntur olympum
Naturæ ui, atque ætherijs ſpatiantur in oris,
Verum diuerſo quo errantia lumina motu,
Præſertim quod ſignifero procul orbe feruntur;
Inq. illam declinant partem qua ardua mundi
Vertitur ætherei ſublimi cardine moles.
Ergo ferunt rutuli errantum ſe more Cometæ,
Sed proprio ac vario, quam illorum ſingula motu.

Vagantur enim, cum ab errantibus, uel a fixis ſtellis circumducuntur eorum more; at propria ui, cum in æthere ſpatiantur; & Mundi motum ſectantur. Cœterum quæſiuerit quiſpiam, cur eſt, quod plures non oriantur Cometę, & ſæpe, eſt ei reſpondendum cum Ariſtot. inquit enim. Eius autem, quod eſt non fieri multos, neque ſæpe Cometas, & magis extra tropicos, quam intra, cauſſa eſt, Solis & aſtrorum motus, non ſolum ſegregans calidum; ſed & diſgregans quod conſiſtit. maxime autem cauſſa eſt, quod plurimum congregatur in lactis regionem. ſiquidem ut ait Olympiodorus nihil aliud eſt uia lactea, quàm magnus Cometa. quando ſi crinitum ſydus ſequitur alicuius aſtri motũ, a quo etiam accenditur, ut ſupra eſt explicatũ. magis putare debemus talem exhalationem aſcendere, attractamq. eſſe, a tanta ſtellarum multitudine, quæ in lacteo circulo exiſtit. quia ut Diuus Thomas inquit. iſte Circulus, in quo apparet nobis uidentibus, lactea claritas; eſt conus, maximorum circulorum. quoniã ſphæram per medium ſecat, & diuidit, eſtq. etiam ita diſpoſitus, ac locatus; ut ex utraque parte, utrumque tropicum ualde excedat: hyemalem nempe, & ęſtiuum: licet ipſe a Zodiaco interſecetur. & quoniam eſt iſte locus, magnis, plurimis, fulgidiſque repletus ſyderibus; quæ ob frequẽtiam, & multitudinem, ipſorumq. inæqualitatem, uocantur ſporadicæ, ideſt in cœlo diſſeminatæ ſtellæ. igitur nil mirum eſt, ſi ibi maxima exhalationis copia colligatur, & coaceruetur. ex qua denique fit iſte magnus Cometes.

IOANNIS BAPTISTAE
VENANZI BAFFI
CVRINALTENSIS
MEDICI.

De Cometis Liber Secundus.

CAP. PRIMVM.

EXPLICATA criniti ſyderis natura,illud ſequi uidetur, ut de differentiis ipſius agamus. quæ cum trifariam ſint ordinatæ, ſolũ de illis ex quibus Cometa conſtat, uerba faciemus. quæ primò à Cometæ forma accipientur; deinde uerò a materia. & iſtis explicatis, & perfectius abſolutis,ad naturales Cometę effectus demonſtrandos progrediemur. Itaque Epigenes, uoluit tantum duo eſſe Cometarum genera. dicebat enim, Cometem uaporem terræ commixtum eſſe, eũq. in ſublime accenſum. id enim ideo ſentiebat Epigenes, quoniã exhalationis, uaporiſq. natura, quæ Cometẽ facit, eſt terreſtris, & ſicca: & in ſublime ſi igniatur ſolum duas referre poterat figuras. Cuius ſententia magni ponderis eſt exiſtimanda, & eo præſertim, quia Ariſt. de duobus iſtis ſolum generibus, uerba facit.

facit. de crinito ſydere, & barbato. quod ab ipſo Pogonius Cometes dicitur. Vnde uolebat Epigenes; ut aliæ Cometarũ ſpecies, non uenirent hoc nomine, inſignitæ: quando ſub aliis ignitis impreſsionibus reponi poterant. nam ſi Comatum ſydus, aut pogonium non eſſet, ad quid uocandi erant Cometes? ſed certe, ſi particulatim loquatur Epigenes, fallitur. ratio autem eſt, quoniam plures Cometarum figuræ uiſæ, ac obſeruatæ ſunt. & quamuis Ariſtoteles de duabus ſpeciebus uerba fecerit; uerũtamen id negare haud auſus eſſet. quando materia quæ accenſa eſt, poſsit uarias configurationes accipere, prout diſpoſita, ac locata eſt, unde reperti ſunt Cometes, qui potius Lunæ figuram referebant, quando cum Sole coit, ut ſub Michaele Imperatore accidit; quam ſtellæ alij uero Cometes uibrant; ut ſub Tiberio Cæſare accidiſſe fertur. alii uerò, ut fulgentiſsimus enſis, apparuere: ut ſub Flauio Veſpaſiano Hyeroſolimis accidiſſe, Ioſeph, & Eutropius commemorant. At ſi uniuerſaliter loquatur Epigenes, ut alii ardorem undiq. effundent, nec locũ mutent: alii in unam partem, ignẽ ad Comæ inſtar, porrigant: tunc uera narrat Epigenes. nam nec minus duorum generaliſſimorum generum ſunt; neque etiam hunc dualem numerum excedunt, ſed certè nobis non de duobus tantummodò generibus, uerba facere in animo eſt; ſed de omnibus ſpeciebus, quę ſubiſtis generibus collocatæ ſunt. igitur, poteſt enſis præſeferre figuram, ut ſub Flauio Veſpaſiano accidiſſe diximus. cumque filius Titus, Patrem Imperium accepiſſe cognouiſſet; adeo hilaritas in ipſo uiguit, & aucta eſt, ut extẽplo ei dextera Tibia, ita magna ſit effecta, ut non amplius in illo, quod gerebat calciamento ipſam continere ualuerit. ſanguine profectò excalfacto, ac à natura in parte demiſſo, cum maximè ex calefactione halituoſus eſſet factus ſanguis, fuit ĩ cauſſa ut pars ita aucta fuerit. quapropter nil miri uideri debet, ſi maxima hilaritas, poſſit etiam mortẽ inferre. quippe cum ut inquit Galenus, animata facultas gaudio laxata exteriora petat; diſsipaturq. in motu, ac diſſoluitur, & ſtatim concidit animal, & à morte occupatur. cuius rei teſtis eſt Diagoras Rhodius apud Gellium, qui cum tres filios, unum pugilem, alterum pancratiaſtem, tertium luctatorem haberet, & eodem Olympiæ die uictores habuiſſet, inter Adoleſcentum filiorum amplexus, animam efflauit. nec mi-

nus mulieres duæ apud Liuium, teſtatæ ſunt, quarum altera cũ filium viuum conſpexiſſet gaudio periit, altera cum in Traſimena clade filium occubuiſſe ei relatum eſſet, & multo luctu, atque mœrore fuiſſet affecta; tandem cum adoleſcens ex ea pugna in urbem uiuus rediiſſet, eſſetq́. a matre repente viſus, ex inopinato gaudio oppreſſa, exanimata eſt, quam etiam hyſtoriam recenſet Valerius Max. cõtra uerò à timore accidit mors. calor enim intra reuocatur, in repentinoq́. motu ſuffocatur, ac extinguitur. apparent etiam, & aliæ Cometarum ſpecies: ut ille Cometes fuit qui ſub Iuſtiniano Imperatore uiſus eſt, qui a Septentrione, ad Occidentem uſque conti ad inſtar, ſe extendebat. de quibus omnibus non erit ab re paruis diſſerere: ut a nobis ſuperius eſt propoſitum. ſi quidem ex Galeni ſententia, uniuerſalia ſi quis noſcat, nec in particularibus ſe exerceat: cognitio illa, uel parum prodeſt; uel certè nimis confuſa eſt.

De Crinito ſydere. Cap. II.

PRincipatum itaque tenet Crinitum ſydus, inter omnes cometarum ſpecies; quoniam frequentius fieri cõſpicitur. quod etiam a ſemetipſo ſecundũ maioris, minoriſq́. differentias uariatur. nam quãdo copioſa eſt exhalatio, in qua ignis accenditur, tunc proculdubio maximus conſpicitur. ſi uerò minor adſit materiæ fumigabilis portio, tunc minimus obſeruatur: minus etiam tunc durare ſolet; nempe per ſeptem dierum ſpatium. at ſi maior materiæ fumidæ abũdantia ad fuerit, ultra ſex menſium ſpacium perdurare ſolet, & etiam ultra annum. ut potiſsimũ factum fuiſſe legimus in Cometa illo qui ſupra Hyeroſolimas Gladii figuram referebat. Vnde mirari hoc loco Pliniũ, uirum alioquin, & doctiſsimum, & multæ lectionis ſubit: qui lõgiſsimum Cometarum ſpacium octuaginta dierum cenſet, & profecto neſcio qua ratione ductus. nam ſi ipſius, ut modo diximus perennitas ſumi ex materiæ copia in qua ignis in ſuprema aeris regione accenditur, debet: fit ut quando maior materiæ moles adfuerit, tunc diutius durare Cometem, ſit neceſſariũ quod Crinitum ſydus Cæſariem poſt ſe trahit, unde, & nomen ſibi adſumpſit; ut mulieres faciunt: quæ ueſtes poſt ſe trahentes,

tes, ueſtium extremitates per terram conducere ſolent, quę una, & eadem materia eſt; quæ ibi accenditur, & inflammatur. quæ materia, cum ſit ita diſpoſita ac locata, comam facit. quod etiam M. Manilius ſuo carmine dixit.

Tum quia non vna ſpecie diſpergitur omnis
Aridior terraq. vapor comprehenditur igni,
Diuerſa quoque per facies accenſa feruntur
Lumina; quæ ſubitò exiſtunt nata tenebris.
Nam modo ceu longi fluitent de vertice Crines,
Flamma comas imitata volat tenueſq. capillos.

attrahitur uerò materia, à ſyderibus, nempè à motu, & ipſorum lumine, ibiq́ue attracta, ut ex ſententia Auerrois diximus accēditur. quoniam ſyderum proprietas hæc eſt, ut materiam illam ſiccam & fumidam, accendāt. hinc factum eſt, ut ſub ſtella illa quæ Canis dicitur: cum ſit ex decem & octo ſyderibus conſtitutum Aſtrum; uiſus eſt Cometes Ariſt. tempore ſub ſtella illa quæ in ipſius femore eſt. & Cometes qui uiſus eſt in fine elapſi anni 1577. fuit ſub uno ex quadraginta duobus aſtris, quæ Aquarium conſtituunt. Attrahitur etiam materia ſumida, a materiæ fumidæ maiore copia, & mole. quando ſimile attrahitur a ſuo ſimili. Hoc autem exemplo manifeſtat Hypp. quoniam ſi uitreum uas accipiamus, inq́. eo aquam, cenum, arenam, plumbum, & aliquod aliud corpus iniiciemus, uasq́ue diu agitauerimus, ut ex omnibus fiat confuſio, & miſcela; deinceps ut aqua reſidentiam faciat ſi curabimus. tunc proculdubio, arenam, arenam petere uidebimus; & plumbum, plumbum: & ſic terra, & alia corpora intromiſſa peragent. Cœterum ſolent hi Cometes frequentius conſpici, & ut multos alios prætercam, apparuit crinitum ſydus ſub Ioanne XVI. Pont. Max. & Ottone III. Imp. anno ab incarnatione noſtræ ſalutis 982. quod etiam conſpectum eſt ſub Ioanne XVII. Pon. anno Domini 996. auctores ſunt mihi Platina, & Iacobus Phylippus, & ante pluries uiſum fuerat; ut anteaquàm Magnus Conſtantinus e uiuis diſcederet: Marco primo Pont. Max. Diui Petri Cathredam tenente. & antequam Cicero, Marci Antonii iuſſu, eſſet obtrūcatus; quum eſſet, & ipſe proſcriptus, a tribus illis immaniſsimis beluis, Octauio, Marco Antonio, & Lepido; inter alia ſigna, & prodigia, quæ referuntur, a Dione; uiſum eſt & crinitū

G 2 ſydus.

ſydus. apparuit etiam, & poſt Cleopatræ mortem . quæ miro artificio Auguſti milites decepit . Cuius mortis Hyſtoria, à nemine ita exculptè celebrata, a Galeno in hūc modum refertur . Inter aſpides nominata pthias, ceruicem exporrigens, & ex interuallo metita rationalis cuiuſdam animalis modo, uenenū corpotibus inſpuit. Harum igitur ferarum una, (nam triplex aſpidum ſpecies eſt, hæc uidelicet, Cherſea, ideſt terreſtris, & Cheledonia,) perhibent Reginam Cleopatram, quum uellet latere cuſtodes : ſtatim , & citrà ſuſpicionem, mortem ſibi conſciuiſſe . Quùm enim Auguſtus deuicto Antonio: eam capere incolumē uellet, ac uiuere: ſtudioſiusq. (ſicut par erat) ſeruare: ut Romanis tam inſignem mulierem, in triumpho oſtenderet: hæc (aiūt) re intellecta, optauit Regina adhuc ex humanis potius decedere, quàm priuata Romanis uideri. & tunc molita eſt ſibi hac beſtia mortem conſciſcere præterea memoriæ prodūt, ipſam duas omnium fidiſsimas mulieres ad ſe uocaſſe, quæ ad pulchritudinem corporis mundo ſubminiſtrando erant accomodatæ, (nominabantur Naerea, & Carmione: hæc comam decenter implicabat: illa extremos ungues. dextrè præcidebat: deinde iuſsiſſe, ut feram uuis, ficubusque tectam importarent, quo, ut dixi cuſtodes fallerent, prius experturam in ipſis mulieribus, an ſubito poſsit perimere. Et hæc cum actutum periiſſent, deinde ipſam ſibi exitum attuliſſe. Ob quam rem Auguſtum uehementer fuiſſe attonitum commemorant, partim ob harum erga Reginā amorem, ut cum ea mori non dubitarint : partim quod illa generoſam potius mortem oppetere maluerit , quàm in ſeruitute uiuere. Etenim aiunt ipſam manu dextra capiti admota , & diadema ſicut eſt conſentaneum tenente, fuiſſe inuētam: ut uel eo uſque ſpectatoribus, Regina eſſe uideretur. Quemadmodū, & Tragicus Poeta ſcribit nobis, Polixenā, quæ & ipſa moriēs, acuratè tamen dedit operam, ut cum decoro caderet . porrò qui Mulieris proſperum, ut falleret cuſtodes, conatum: feræ autē ad occidendum, pernicitatem , uolunt oſtendere: referunt ipſam ſuum met brachium, magno morſu, eoque alto uulneraſſe : & beluæ uirus in uaſe quodam ipſi allatum , uulneri infudiſſe . Quo ſic tranſmiſſo, haud multo poſt, neſciis cuſtodibus promptè interiiſſe . hactenus Cleopatræ mors a Galeno, ita examuſſim exarata. non autem ſic Dion habet . ſed cum acu , ueneno

tincto ſibi mortem conſciſſe ait, uel cum belua. Apparuit etiam & Crinitum ſydus, & aliis temporibus, ut ante obitum Tiberii Claudii Neronis, qui à Romanis ob uinolentiam, Biberius Caldius Mero eſt dictus. qui & ſublatus eſt boleti uenenati eſu, ab Agrippina: (locuſta uenefica fœmina docente) & ab eadem Agrippina inter Deos relatus eſt. Ex quo indigno facinore, extat Neronis de fungis facetè dictum. nempe fungos eſſe deorum cibum: quoniam Claudius etiam, Boleti eſu; Deus eſt factus. fuerunt & alia Crinita ſydera, aliis temporibus; & etiam tempeſtate noſtra, ut illud fuit 1529. & 1530. 1531. 1532. & 1534. & 1566. eſt mihi auctor Ludouicus Guiciardinus. taceo innumera alia, quæ aliis temporibus apparuerunt. ut ſub Berengario Imper. Sergio III. Pont. Max. & ſub Paſchale ſecundo. hi. n. Cometæ, non ut alii rari ſunt, ſed frequentius ſpectantur.

De Pogonia. *Cap. III.*

POgonia ſiue barbata ſtella, ſic dicta eſt, quoniam eum apēdicem, quem poſt ſe trahit Crinitũ ſydus, non habet: ſed in inferiori parte, in ſpeciem longæ barbæ, promittitur iu ba: quæ πώγωνος græcis, id eſt barba dicitur. quę etiam in animalibus barbatis, eo modo quo pili, capilli ve in capite, & toto corpore fiũt; ſuum ortum habet. Cur autem in maribus barba fiat, & in fœminis minimè: multæ ſunt cauſſæ. quando excrementa illa fumida, ac fuliginoſa, quæ in toto corpore fiunt; per conſuetos menſes Mulieribus expurgantur. addatur etiam, quoniã cũ ſit Mulier, mare frigidior: & denſam magis cutim poſsidet, & paucas huiuſcemodi fuligines facit. nam hæ calido fiunt. Vndè mulieres barbatæ, magis uiriles ſunt, & calidiores: & ſi quæ fuligines fiunt; ob cutis denſitatem, extra haud prorũpere poſſunt. addere etiam & aliam ridiculam cauſſam lubet, ex Rhodigino decerptam. quoniam cum Mulieres intra teſticulos habeant, & nõ extra ut uiri: (quippe quarũ teſtes, ſint iuxta uteri apēdices.) nõ põt uapor, ex quo pili gignũtur reflecti, qui pili per partem, poſt partē (ut loquũtur) ortũ habēt. nã pars illa fumida, q̃ magis terreſtrior eſt, pilos facit. q̃m cum excrementa, quæ per cutim excernuntur (ſudore relicto, cuius excretio, an eſſet naturalis, dubi-

dubitauit Diocles) trifariam ex Galeni auctoritate diſcriminē-tur; alia etenim excrementorum pars inſenſibiliter euaporat, altera utpotè quæ uti prima non eſt tenuis, ſed inter craſsitiem, & tenuitatem, mediam eſt ſortita, naturam, ſordiciem quandam facit, quæ noſtris corporibus adhæret: tertia uerò pars, quæ magis terreſtris & fœculenta eſt, non in ſuperficie noſtri corporis ſeruatur, ut ſecunda: ſed ex ipſa ut potè magis uſta pili procreā-tur. & dum pars parti connectitur pilus augetur. quod etiam in quibuſdam Germaniæ, Britaniæq. locis, in auri generatione cō-ſpicitur. nam cum gignitur, ueluti nigra brionia facit, ac uitū capeoli, qui palis, & herbarum ſtolonibus, & uirgultis adhærē-do, ipſa uirgulta circumcingunt, & amplexantur. ſic & auri filamenta cum in illis Regionibus naſcuntur, faciunt; & adeo augentur, ut aliquando palmarem figuram excedant. quæ non ut capilli tenuia ſunt, ſed craſsiora, & paruos funiculos referē-tia. uapores enim illi ita probè elaborati ſunt à ſolo, & mineralrum calore, ut poſsint excreſcendo, & foras prorumpendo, hoc facillimè facere. quod non eſt miraculo adſcribendum. ſed magis ea debemus admirari, quod intra Danubium, ſunt quædam loca, in quibus, niſi contra frigora, & gelu; ac feram, ſæuamque hyemem: uites maxima anni parte, ſub niue, terreno confectæ iaceant: pereunt, (fit hoc & in Nurſino agro, plerisq. in locis.) cum nulla ſit maior, ualidior, ac firmior, contra rigidam, ac ualidam glaciem; uitium defenſio: quàm eas humo obruere; ſecurę enimuero, & tutæ fiunt, unde nec rigidam Cœli tempeſtatem ſentiunt. aduentante poſtea uere, liquatis niue ac glacie; æſtate anni ingruente, & Cœli calore; mirifice uites illæ, germinant, & frondes geniculatas emittunt; ſed uini parum effundunt. interque eas nonnullæ uites exiſtunt, quæ cauliculos filiaq. candicantia ex puro auro, germinant. at illud magis miraculo adſcribi poteſt, quod in Cypro circa Tyrrhiam, quoddam aeris genus, auro non abſimiles gignebatur. quod in fruſta minutiſsima conciſum, agricolæ ſerebant: mox ad pluuiam exoriebatur, & coaleſcebat; & poſt quàm ad iuſtam magnitudinem; adoleuerat, colligebatur, & recondebatur. quod ſi quis hæc naturæ miracula haud credat, auctores uideat Ariſtotelem, Alexandrū ab Alexandro Vannuccium Berengucium, & Holaum magnū. Cœterum Barbam Adrianus Cæſarum primus, nutrire exorſus

eſt,

eſt, Dione, & Cœlio Rhodigino referentibus. antea enim tondenti barba cadebat, ut ait Vergilius. qui Alexandriam, ab Alexandro Magno conditam in Aegipto reſtaurauit; & antequam à morbo intercute oprimeretur; ita ad ſuam animam, uti olor cantabat.

Animulæ, uagula, blandula,
Quæ nunc abibis in loca?
Nec vt Soles dabis iocos,
Hoſpes comesque corporis:
Pallidula, rigida, nudula.

At Pogonia; de qua ſic Marcus Manilius ſcripſit;

Nunc prior hæc facies, diſperſus crinibus exit,
Et globus ardentis ſequitur ſub imagine barbæ.

raro conſpicitur. ratio autem eſt, quoniam ex materia conſtat heterogenea, ac diſsimili. nam materia illa, quæ accenſa barbæ figuram refert, eſt, & craſsior, & terreſtrior: tamen quia humiditate illa unctuoſa eſt referta; hinc facile deſcendit ignis, ut illam comburat. ut in extinctis lucernis uidemus. nam ſi flamma ſuperponatur, deſcendit per fumum illum, qui extincto lychino, procedit. & tamen ille fumus eſt craſsior: & ideo barba fit. cuius color etiam differens ſit oportet, à colore Cometæ ſupra barbam conſtituti: quando ſit ex puriore, & ſubtiliore exhalatione concinnatus. ſecus autem uidemus in crinito ſydere, quia materia eſt unius modi, & ſimilium partium. quod uidemus ēt in flamma, quæ ex diuerſis lignis, uiridibus, & ſiccis originem trahit. nam aliqua flammæ pars nigricat, altera rubeus eſt, alia uerò, & albidior, & clarior uidetur.

De Acontio Cometa. Cap. IIII.

ACONTIUS Cometes, & adhuc ipſe rarius ſe uiſendum præbet. ſiquidem ſolus ille, qui quinto conſulatu Tiberii Cæſaris apparuit, memoratur: de quo etiam ipſe egregio carmine cōſcripſit. qui ut ſupra diximus à Romanis ipſius naturam callentibus: Biberius Caldius Mero dicebatur. tamen in ipſo multa litterarum ornamenta ſpectabatur, ut de ipſo refert Tranquillus: unde, & de hac Cometarum ſpecie, optimè

egregieq́.

egregieq; ſcripſit ut dicit Plinius. qui etiam legem tulit, ne fœminæ in uiis forove deoſcularentur. irrepſerat enim apud Romanas mulieres, ut narrat Pluthar cus, conſuetudo, ut ipſæ a cõſanguineis in publicis locis ſuauiarentur, ut hac uia cognoſcerent an uinum bibiſſent. quod etiam & recẽſet Tertullianus. & ob id oſculum in ore dabant. nam uinum bibere tam mulieribus turpe erat, quàm quod turpiſsimum. quoniã ex Marci Catonis teſtimonio, Gellio referente: Mulieres non minus mulctabantur, ſi uinum bibiſſent, quàm ſi probrum, aut adulterium admiſiſſent. ideo inſtitutum fuit, ut cògnatis oſculum ferrent. bibebant autem, loream; paſſam, Murinam, & id genus alia, quæ potu dulcia eſſent, uel potius deoſculandi conſuetudo, ut Ariſt. ait. Plutharco referente, eò inter Romanas fœminas irrepſit: quoniam claſſe Troiana, ad Italiæ littora deducta. Ilij mulieres, iam ex ualidiſsimis tempeſtatibus afflictæ, Claſſem incendio ſuperarunt. at maritos poſtea, & affines formidantes, obuiam illis euntes; oſculis, & amplexibus ipſos proſequentes, efferatos ira, ac triſti erynni animos demulcentes ueniam ſunt conſequutæ? ob cuius facinoris memoriam, eſt in poſteros oſculandi conſuetudo deducta. quam lege abſcindit Tiberius. cuius (ut eſt dictum) temporibus Acontius Cometa apparuit. qui idcirco Acontius eſt dictus, quia iaculos, ex ſe emittit. qui græcis ακοντίας Iaculus dicitur. uel ab inceſſu Cenchriæ, ſiue Ammoditis ſerpentis ſimilitudine. qui ut ait Aetius non flexuoſis ſpinis, ut alii ſerpentes incedit; ſed recto quodam tramite ſe iaculat. cuius hæc eſt apud ipſum Aetium delineatio. Ammodites magnitudine quidẽ cubitalis eſt: maior enim non pingitur, neque ſcribitur. colore uerò arenoſus. per corpus autem maculis nigris inſignitur: caudam autem habet prædurã, supernè diſciſſam, a quibuſdã uero Cenchiras hoc eſt miliaris, ob caudæ inſtar milii duritiem, appellatus eſt. Latiores autem maxillas, quam uipera habet; cumque in multis aliis ei ſimilis ſit, colore magis diſcerni poteſt. Vipera enim ſubflaua eſt. hæc itaque beſtiola, cum ſit ἀπὸ τοῦ ἀκοντίας dicta; ſit, ut non flexuoſis ſpiris, ut alii ſerpentes incedat; ſed recto quodam tramite, ſe ſe eiaculet. quam rem apprimè duobus carminibus eſt Statius complexus.

Eſt ſemper recto lapſurus limite Cenchris

Pluribus

Pluribus ille notis variatam tingitur aluum.

Vnde fit, ut ueluti Cenchris iaculando progrediatur, ita Cometes Acontius. cuius iaculationis hæc cauſſa eſt cenſenda. quando materia illa, quæ ſicca exhalatio nobis dicta eſt, ardet, & eſt accenſa ita, ut uideamus illam ignitam impreſsionem in æthere, aliqua materiæ fumidæ copia, ſublimia petens, ad ardentem locum non fertur: ubi materia illa exhalata crematur; ſed propè ipſam. unde cùm non continuetur, uideri nequaquam Coma poteſt, aut barba: ſed ueluti in diſcurrentibus ſyderibus diximus fieri, ſic & in Acontio cenſendum. nam pars illa exhalationis fumidæ, quæ non continuatur cum Cometis corpore, cum propè Cometem apponatur, ociſsimo tractu comburitur. & cũ alia exhalationis fumidæ copia ibidem reponatur, rurſum cremantur. unde flammæ illæ apparent. at cum pars iſta non communicet, cum corpore Acontii Cometes, ſed propè ipſum reponatur ſitque pauca materia, fit ut ſtatim accendatur, & cõſumatur. quapropter, cum flammæ ita conſtituantur, fit ut a corpore illo quod conſumitur, ac incenditur, flammæ Iaculorum inſtar proſilire uideantur. veluti fieri uidemus in puluere, quo in pyriuolis utimur. eſt enim iſte puluis uelocium flammarũ eſca; ut Scipio Capicius dicebat.

Necnon & puluis flammis velocibus eſca
Sulphureus, rapidos quo nil violentius ignes
Concipit, & longe mixta caligine differt.

Nec iſte puluis adeo appoſitus eſſet, ut flammas conciperet; niſi ex ſulphure, ſaligno carbone, & nitro, conſtaret. qui in ferrea fiſtula intromiſſus, ſi ignem per tenuem rimam concipiat, in exhalationem ignitam abit, & dum per anguſtum habet exitũ, tonat, omnia labefactat, & æquat. Et noſter inquit Ludouicus Arioſtus, in hominum perniciem inuenta, quem ſic latine canentem facit Achilles Bacchius.

Ferrea longa duas eſt fiſtula circiter vlnas:
Intra ſulphureus nitro, & carbone ſaligno
Arte laboratus puluis demittitur, inde
Sphærula de plumbo, penitus caua viſcera complet;
Impulſa oblongæ ualido ter robore virgæ.
Per tenuem rimam, uix dùm ſpiramine tacto
Exurgit foculus, rapido tunc fulminis inſtar

Sphærula teſſerulis in as animata medullas;
Aut ſcrobe ferri elimata conſperſa rigentis
Mox excuſſa tonat, perterricrepo igne coruſcat,
Late vrit, penetrat labefactat, diſiicit, æquat;
Cuncta ſolo, quæcumque agitur, furit impete uaſto.
Pone micat veluti fulgur, diſploditur ante.

igitur puluis bombardicus, cùm pulueri propinquus eſt, accidit, ut igne accenſo in uno pollinis aceruo, accendatur, & reliqua congeries, modò modica ſit, & debita inter ipſas congeries diſtantia. ſic in Acontio Comete fit: quoniam materia quæ extra Acontii Cometæ corpus comburitur. cum ipſo nõ continuatur, neque etiam iaculamenta illa perdurare poſſunt, quoniam ipſorum materia, non eſt tenax, & uiſcida; uti illa quæ Acontium Cometam facit: ut ſit quùm in rebus iſtis inferioribus, tũ & in diſcurrentibus vocatis aſtris. de quo Comete ſic etiam Manilius egit.

Excurruntque procul, volucres imitata ſagittas
Arida cum gracili tenuatur ſemita filo
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes.

Cœterum cùm ſermo ſit à nobis de pyriuolo factus; nomen quippe huius crudelis machinæ appoſite à Braſauola inuentũ. quoniam (in nocte præſertim) ex ipſo ignem euolare conſpiciamus. cuius inuentio. caſu potius, quàm arte, & induſtria fuit. Cum enim acriter inuicem Veneti, & Genuenſes pugnarent: diſſidio ob id orto: quoniam Veneti in Imperium Ioannem Caroli filium, Conſtantinopolitanum Imperatorem reduxerant. qui ab Andronico Ianuenſibus opem ferentibus expulſus fuerat. & pretii loco Zenado inſula accepta, quæ olim ſub Priami dictione erat; dum Troiæ regnum incolume fuit. igitur bello ob hanc cauſſam inter iſtas Reſpub. flagrante: dum Theutonius quidam uel bombardicum puluerem pararet, uel medicamentum, aliudve quid moliretur: ignis in polline fortè fortuna incidit, unde facto impetu uaſto: mortarii operculum lõgè eſt iaculatum, & etiam bombus exauditus eſt. ille uero callidus cachodemon, occaſione accepta; & terebrare ferrum eſt aggreſſus, & puluerem ex ſaligno carbone, nitro & ſulphure parauit. deinceps polline, & pila, ex ferro, plumbo, lapide, uel quodam

dam alio corpore, in fiſtulam ferream intromiſsis; ſonitum per tenuem rimulam igne concepto, dedere. cauernæ. ex quo ſonitu, ac bombo; huic primùm Machinæ, nomen eſt molitum. quæ uerè deteſtabilis eſt, & ut ait Ludouicus Arioſtus in hominum perniciem inuenta. ſic enim de ipſa loquitur.

O maledetto, ò abominoſo ordigno,
Che fabricato nel tartareo fondo
Foſti per man di Belzebu maligno;
Che rouinar per te diſegnò il mondo.

quem imitatus eſt Achilles Bochius, ita dicens.

Impius ille ſator ſcellerum, humanaq. ſalutis
Peruerſor ſtygius, teli exitiabile monſtrum,
Iſtud adinuenit: non multum diſſimile illi;
Quo ſummus nubes aperit Pater igne triſulco. & paullo poſt.
Machina Tartareis euecta ab ſedibus uſque eſt,
Vltricum inſtinctu furiarum. in luminis oras
Cuiuſdam ingenium, atque induſtria Teutonis olim
Res alias, atque alias arte experiente magiſtra,
Exacuendo aciem, mage mentis reperit vſum
Denique lethalis iaculi.

Cui Teutoni res in contrarium cecidit; quippe ſuũ eſt ſupreſſum nomen, ut olim illi accidit, qui Dianæ Epheſiæ templũ cremare eſt auſus: nec ei ut Sulmoneo euenit, qui (Galeno referente) Iouis ſtatuam flagellauit; vt uel ex infando facinore, eius nomen clarum ac illuſtre eſſet. at hac Machina deſperatis rebus ſuis, Veneti in Genuenſes primùm uſi ſunt. dùm illi tumiditate redundantes, quando ferè Rerum Venetarum potirẽtur, & foſſam Clodiam in dictionem accepiſſent, penituſq́. Venetias deuaſtare ſanxiſſent. ea propter Ioannes Barbaricus, quaſdam paruas carinas armis ornauit, & hoc bellico inſtrumento onerauit: (triremes enim ob maris ſiccitatẽ, nauigare haud poterãt.) qua claſſe, ut in tanta temporum, & ærumnarum anguſtia fieri poteſt, parata, ita Ianuenſes eſt adortus Venetus, vt turpi fuga militum aliquot reliquiæ unà cum ſuis Ianuẽſibus ducibus, Genuam redire ſint coactæ. hæc acta ſunt omnia ab anno Dominico 1378. uſque ad annum 1381. cuius hyſtoriæ occaſione illos non uera ſentire affirmarim, qui hanc Machinam etiam priſcis temporibus cognitam ſtatutum habent; quando ſi hoc

eſſet, & antiqua marmora ut alia militaria organa, declararent: & Vitruuius, ac Vegetius, & quot quot, de Bellicis machinis pertractarunt, inter antiquorum cathapulta, Arietes, & huiuſce generis alia, conſcripſiſſent.

De xiphio Comete. Cap. V.

XIphius Cometes, poſt Acontium Plinio numeratur. qui cum breuior ſit, & in mucronem faſtigiatus; nomen e ̃t à figura eſt ſortitus. nam græc. ξιφίδιον gladiolum, pugionemque uocant. uocatur etiam ipſis ξιφίας & marina belua, quæ Straboni Galeota dicitur; habetq. roſtrum à natura adeo ualidiſsimum fabricatum, ut uel facilè Luſitanorum nauium latera ad ſeſquipalmum aliquando perforare ualeat: ueluti ſi enſem haberet, quæ xiphia uocatur. & ad tam uaſtam magnitudinem deuenit, præſertim in Oceano Indico, ut aliquando ad nauigantibus illuc, inſula eſſe uideatur. ut & Gulielmus Rondeletius, & Paullus Iouius affirmarunt. reperitur etiã & piſcis xiphius iuxta Zephyrum extremum Italiæ promontoriũ, ibiq. piſcatur. quæ beſtia adeo ingenii docilitate eſt prædita, ut ex Mario Cataneo affirmat Iouius, græcanicas uoces, quibus etiam hodie Magna græcia utitur, libenter audiat, contraq. italicas, calabraſque reformidet, ut iſtis auditis repentè diffugiat. de quo piſce ſic Oppianus dicebat.

In gladios duros piſcator plurima cudit:
Per mare Tyrrhenum, dum tendit piſcibus artes
Maſſyliam iuxta ſacram, Celtaſque potentes.
Hic Gladij immanes, & uaſto corpore degunt,
Qui ſuperant reliquos ingenti mole natantes.
Squamigeram effingunt cymbam, mucrone feroci:
Quæ poſſit gladius ſquamis, atque enſe uideri.
Occurrunt contra gladij non tranſtra uidere
Non Cymbam ſperant: uerum ſocia agmina rentur.
A Cymbis tandem clauſi, mala dira reuoluunt
Pectore ſub triſti, ſerò ſua fata uidentes:
Quum ſunt perfoſsi ſua membra tricuſpide telo.
Sæpe refellentes hoſtem mucrone carinam

irati

Irati penetrant, gladij piſcator ab ore
Abſcindit telum: paruaq. foramina cymba
Obſtruit: hic trahitur priuatus robore tanto.

Quæ beſtia ut Ariſt. ait, roſtri inferiorem partem exiguam habet, ſuperiorem autem, oſſeam, magnam; & toti illius æquam magnitudini, quæ enſis uocatur. & in ſiculo freto, circa pelori oſtia bizantina ſuauior naſcitur. ut apud Atheneum, Archeſtratus ſcribebat.

Accipito Gladij accedens Bizantia fruſtra,
Vertebramq. ipſam poſtremam: eſt optima namque
In ſiculo ponto, circa oſtia ſumma pelori.

At iſte piſcis, adeo ſummo odio Thunnos proſequitur, ut ad piſcatorum manus ipſos conducat: ut apud Tarantum Calabriæ uiſitur. & tamen ut eſt auctor Ariſt. & thunnus & xiphius, aſilo ut Tauri infeſtantur. ideo thunnos furētes uocabat Oppianus: qui Atheneo marini ſues dicuntur. At ſi uerum eſt, quod Ariſt. dicit; ut thunni non amplius quàm per biennium uiuant. ita.n. loquebatur. Thunni ēt præ nimia pinguedine dehiſcunt, nec pluſquā biennio poſſunt uiuere. ſi itaque hoc modo ſe res habeat, mirandum ut tam paruo tempore, ad tā uaſtam magnitudinem peruenire poſsint, ut ipſorum cauda penſitata, nonaginta librarum pondere, Plinio referente reperiatur, quæ & duorum cubitorū magnitudinē ęquet. quod fortè ex eo accidere poteſt, quia thunni glandibus in mari ueſcuntur. nam ut ait Polybus megalopolitanus apud Atheneum. In Iberia quæ propè Luſitaniam eſt, quercus ita profundè in mari ſunt plantatæ, ut thunni earum fructus comedentes pingueſcant. at cùm ad tantam magnitudinem peruenerint, Orcyni Archeſtrato uocantur.

Ingentem captum Thurenum mox ipſe uidebis,
Hic ubi ſacra Iami ſunt littora: dicitur ille
Orcynus, ac alij Cete: hæc obſonia diuis
Conueniunt: pretijque decent ſuauiſsima matrem.

quam beluā, antiquitas Neptumno ſacrificabat, ut Antigonus Caryſtius memoriæ, mandauit. Nec uerò quis hæc quæ dicimus aniles fabellas putet: quando & alios piſces in mari uitam degere ſciamus, qui effigie armatum, cum Galea, Lorica, & ſcuto militem repreſentent. qui adeo neruea conſtant ſubſtantia, ut difficulter capiantur, & capti difficillime occidantur;

ſe ipſos

ſe ipſos enim ut Iſiodorus ait maxime defendunt. At quid de Marino Monacho dicemus? qui, Gulielmo Rhondoletio referente: adeo exculptè Monachū imitatur, ut caput eius raſum ſit, & ſumma pectora, cuculla prædita habeat, & caput raſum Monachorum coronam referat, quam ex ſacerdotibus Aegiptiis noſtram religionem habuiſſe, Ioannes Aubanus refert. Nec eſt etiam fabuloſum tritones, nereidesq́. reperiri: teſtes habeo Rhondoletium, & ante ipſum Plinium, Theodorum Gazam, Alexandrum ab Alexandro. ut Pauſaniam prætermittā. qui ſe Romæ Tritonem uidiſſe commemorat: cuius color ranarum paluſtrium colorem referebat, caput crinitum, & corpus ſquamoſum habebat ut ſquatina. branchii ſub auribus erant. naſum osq́. ut humanum habebat, firmos dentes, & oculos glaucos. inſuper erant ei manus atque digiti, conchularum teſtis ſimiles ſubtus aluum; & cauda, ut delphini, uicepedū, at Theodorus Gaza dicebat ſe oborta ualida maris tēpeſtate duriſsimo anni tempore: cum plura piſcium monſtra ad littus procellæ ui illiſiſſent, Nereidem in littore fluctibus expoſitam uidiſſe, uiuentem iam & ſpirantem, vultu haud abſimili humano, facieq́. decora, neque inuenuſta ſpecie; corpore ſquamis hirto ad pubē uſque; niſi quod cœtera in locuſtæ caudam deſinebant. ad quā propere viſendam cum maximus concurſus fieret, illam ab ingenti caterua circundatam, mœſtam, animo conſternatam in littore iacentem, ſuſpiriis fatigatam conſpexiſſe: quinimmo & lachrimas genitusque dediſſe uberes. At cum Gaza miſericordia motus, ipſam vt potuit ad aquas traduxiſſet, magno nixu facto, ſe præcipitem dedit in mare, nec uſquam comparuit, ſimili modo & Georgius Trapezuntius, Tritonem, mulieribus quæ aquatum ibant, in quodam Epirifonte concubitus cāuſſa inſidiantem, ac ipſas oppreſſas ſub undis deferentem uidiſſe cō memorat. recenſet & Eutropius Mauritio imperāte, Tritones in Nilo Aegipti flumine, in loco, uocato Δελτα uiſos eſſe animalia erant humanæ formæ, erat uir, & mulier. uir pectoroſus vultuq́. terribilis; rufa coma, caniſque permixta ei inerat, & uſque ad lumbos denudabat naturam. reliquæ corporis partes aqua obrutæ erant. at Mulier mamillas, & fœmineum vultum habebat, cæſariesq́ue prolixas. quæ animalia uſque ad horam nonam uiſa ſunt. quare non eſt fabuloſum etiam Tritonē con

cha

cha in littore canentem, auditum eſſe, ut ait Plinius: ut etiam fabuloſum minimè eſt, xiphium oſſea illa duritiæ quam gladiũ dicunt, naues perforare, & Thumnos odio proſequi uel maximo. qui xiphius eſt piſcis dictus quoniã ut ſupra diximus Gladii figuram æmulatur. uti etiam & xiphius Cometes. qui ideo rarenter apparere ſolet quoniam ex puriſsima conſtat materia: quòd uerum eſſe ex eo argumento apparet, quãdo ignis qui in ea materia accenſus eſt, uel argenti, aut auri colorem æmuletur. qui non poteſt fieri, niſi ex materia ualde ſimili, & probe ſubacta, & humiditate quadam excrementitia priuata. ut in noſtro igne fieri conſpicitur, cum ligna quæ græcis ακαπνα nempè ualde exſiccata, quæ fumum non pariunt, nobiliorem clarioremq. flammam quàm cætera ligna faciunt accenduntur. igitur ex hac etiam materia, fit, ut & pallidiſsimi ſint xiphii Cometæ: ut nõ ſolum Gladii figuram, ſed & nitorem repreſentent. Apparuit autem & hic Cometa Ioſepho, & Eutropio referentibus, ut etiã eſt ſupra ſcriptum Veſpaſiani temporibus; qui decimus à Cæſare Romanum obtinuit imperium. ut Auſonius hoc carmine dixit.

His decimus fatoq. accitus Veſpaſianus

& per integrum annum ſupra Hyeroſolimas eſt uiſus. cauſſa uerò cur diutiùs apparuerit, nulla alia exiſtimanda uenit, quam materiæ puritas. ſiquidem adeò illa ſicca exhalatio probe concinnata eſt; ut tota ex ſimilibus partibus conſtet: ut etiam ſi accenſa ſit diutius perdurare poſsit. hæc igitur eſt etiam cauſſa cenſenda, ut balſamum accenſum, ſi aerem non offendat ſoleat in æternitatem perdurare, & præſertim ſi elychnium ſit ex elephanticis neruis fabricatum. ut ætas quæ ante nos fuit in Tulliolæ M. Tullii Ciceronis filiæ monumẽro uidit. quando ea quę ſimilium ſunt partium difficilius diſſoluantur, contrarium non facile admitentia. quòd uel ex uno auro uerum eſſe experiẽtia comprobat. quando aurum ideo non conſumatur, quia ex partibus ſimilibus gignitur. Cum enim metalla generentur, ut ait Ariſt. ex exhalatione ſicca, & humida, quæ intra terrã fit. quotiens illud ſiccum, & humidum ſunt probè à calore, metalicaq. ui, elaborata; tunc contingit ut aurum fiat. & hæc eſt cauſſa inquit Diuus Thomas quod aurum non comburitur. cætera autem metalla non ſolum igne comburuntur; uerum & rubi-

ginem patiuntur. quoniam illa exhalatio ex qua conſtat haud eſt ſimilium partium. & ſicca iſta exhalatio maximè (ut par eſt) in ſiccis locis fit. ideo in locis lapidoſis natura aurum procreare ſolet. ut in Hiſpaniæ montibus Plinii tempore, qui maximè aridi ſunt, & ſteriles. ſimiliter & Neronis principatu in Dalmatia, nam ſingulis diebus quinquagenas libras fundebat. hinc eſſe crediderim, ut & Galeni tempore & Cyprus inſula, metallorum copia, & præſertim æris abundaret. ad quam perrexit Galenus, ut ueram cadmiam, pompholiginemq́ue probe cognoſceret. ſi uero ea ſint auri principia, qualia Chymici declarant, ut ex ſulphure, & hydrargiro fiat, quos eſt ſequutus Volateranus: etiã ex ſiccis materiis conſtare aurum certum eſt. quæ probè concinnantur antequam aurum producant. ſic igitur & in xiphio Comete contingit, ut exhalatio illa adeo ſit probe fabricata, ut diutius conſiſtere queat. uidemus hoc etiam in puriori oleo. nam ignis in lucerna accenſus diutius ſolet perdurare, lumenq́. clarum reddere, ſi ex puriſsimo oleo, ſit lucerna ſatura.

De Pithete Comete. Cap. VI.

Veluti in ſuperioribus ſæpius in medium deductũ eſt. materiam omnium ętheris impreſsionum eſſe ſiccam exhalationem dicimus. contrà uerò earum impreſsionum; quæ non in ſublime adeo fiunt, ſed circa aeris mediam regionẽ, humidam uapidamq́. exhalationem eſſe. ex qua nubes pluuię, niues, grandineſq. fiunt. quæ ſi non adeò aeris mediam teneat regionem, ſed potius in inferna collocetur, nec multum à nobis recedat eſt uentorum roris, pruinæ nebulæq. cauſſa. fit igitur ut Pithetes ex eadem materia conſtituatur, ex qua & aliæ Cometarum ſpeties ortum ducunt. ſed in hoc ab alia uariat materia exhalatio quæ Cometem Pithetem dictum conſtituit, quòniam minimè eſt probè ſubacta, at diſsimilium etiam partium exiſtit. utpotè ex craſsiori, ac ſimul tenuiori illa ſicca, fumidaque exhalatione Cometes iſte conſtitutus. ueluti etiam & Voragines, hiatuſq. fieri obſeruantur. nàm hiatus, ignitæ trabes, & ſaltantes capræ fiunt, quando exhalatio illa ſicca uarias accenſa ſortitur figuras, quoniam hiatus qui græcis Chaſma eſt dictus, fit cum

fit cum circum. flamma clara conſpicitur, intra uero uapor nigreſcens cernitur: unde cœlum diſciſſum uidetur, quod etiam monſtrauit Pontanus.

Sæpe etiam torrem ambuſtum rutilante fauilla
Cernere erit, Cœlumq. cauo ſe ſcindere biatu
Tum cum ſub noctem obſcuram, atque in nube profunda
Nigreſcit vapor, & permultum cerula fumant
Fomenta, trabit & ſubitam uis ignea flammam.
Illicet è medijs tenebris fumoq. frequenti
Erumpit flamma, & Cœlo ſe fundit aperto,
Vt timeas noctem ruere, atque fatiſcere Olympum.

verum ignitæ trabes, fiunt, quum materia illa per longos accenditur tractus. contra diſcurētia ſydera, ut diximus dum de Acōtio Comete uerba fecimus. quod etiam expreſsit Pontanus.

Sæpe per æſtatem Cœlo ſi fortè ſilente
Aut carpes iter, aut mauortia ſigna ſequutus
Traduces vigilem per iuſſa ſilentia noctem,
Collucere faces, Cœloq́ cadentia cernes
Sydera, & incenſos per ſudum albeſcere tractus.

At faces, duplici genere continentur. primū.n.genus Germanici Cæſaris tēporibus cùm Gladiatorum ſpectaculū ederet eſt uiſum. qđ nūquā uidetur niſi cum decidit, & proprie uocatur lāpas. alterū uero genus Bolidas dicitur. qđ in Mutinēſibus malis eſt uiſum. diſtant uero iſta duo genera ut inquit Pli. inuicē, qm̄ ardentes faces lōga ſeruāt ueſtigia, priore ardēte parte. Bolis uerò perpetua ardens longiorē trahit limitē. ex quibus nō poſſum haud eundē mirari Plin ut qui facē inter Cometas repoſuerit. qđ nequaquā Volateranus fecit. ſiquidē ardētes faces ſtellæ figuram repreſentare nequeunt. Trabes aūt cum longo tractu ardeant, fit ut græcis dicātur Doci, quales uiſi ſunt, cū Lacedemonii Claſſe uicti; Greciæ īperiū amiſere. Capræ uerò ſaltātes, fiūt qm̄ maior ſit ſuccenſus fomes ſcđm lōgitudinē, quā ſcđm latitudinē, qūquidem quaſi exſcintillat, ſimul aūt ardens. hoc autē fit ut inquit Ariſt. propterea qđ ignitur ſecundū modica, ſed tū ad principium. Igitur nullius formā refert Pithetes Cometa, uoraginis excepta figura. quoniam materia quæ ipſum Cometam conſtituit tali modo accenditur, ut in hiatu eſt dictū. neq; aliter fieri poteſt, cū ſit materia diſsimiliū partiū & heterogenea: ſed

eo ab hiatu, diſtat, quoniam & maiorem locum occupat hiatus & ſtellæ figuram non repreſentat. Contra pithetes Cometa, & ideo dolii figuram præ ſe fert, a quo nomen accepit: dicitur enim græcis dolium πίθος. de quo Comete ſic eſt Marcus Manlius loquutus.

Interdum æquali latere compagine ductus,
Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.
Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero diſtenta utero, paruosq. capillos
Mentitur.

pura enim exhalatio accenditur per circulum, & intus nigricans flamma conſpicitur, ut fit in noſtro igne, quando flamma quum ex ſiccis aridisq. lignis, & uiridibus componitur.

De Ceratia Cometa. Cap. VII.

CEratias Cometes, qui cornu faciem repreſentare videtur: eſt & inter Cometas numeratus: quoniam & ſtellæ figuram æmulatur. tamen loco cornæ, uel barbæ, quandã ſupra eminentiam habet, quæ cornu repreſentat imaginẽ, ac formam. a qua & nomen eſt ſortitus. quippe cum græcis κέρατος, cornu ſit dictum. cùm enim illa ſicca exhalatio ſit partium diſſimilium, fit ut pars magis elaborata, magis à corpore cœleſti attrahatur. quæ illa eſt, quæ cornu ſimilitudinem gerit. ut in crinito ſydere Cæſaries, & in pogonia barba, quæ ſub ipſo Comete conſpicitur. tamen corpus quod Ceratiam Cometẽ procreat, ex magis terreſtri materia conſtat. Cœterum quis nequaquam autumet, quod quamuis translatitie Ceratias Cometa, ſit à cornu ſimilitudine dictus: illa flamma quæ κεράτων repreſentat, ex terreſtriori materia ut Cornigerum animalium cornua; conſtet: quoniam ex purioti, & tenuiori materia, in Comete iſto cornu conſtituitur, ideo magis attrahitur à ſyderibus, & ſic cornu facit. Contra autem in animalibus fit, nam cum pili, & ungues dentesq. conſtent ex terrea materia, ſic & cornua; unde ſit ut in animalibus terreſtrioribus reperiantur, quæ cum mole corporea uigeant magna, etiam bifidas ungulas, nec ualde magnas habent. unde Boues cornua habẽt, quia ipſis bifidæ ungulæ ſunt.

& cornua ideo in ſuperiori capitis parte habent, quùm primoribus dentibus careant. ſiquidem ut ait Ariſt. nullum cornigerorum utrinque dentatum eſt. ſuperne enim primores dentes non habent, quippe cum natura hinc adimendo, addiderit cornibus; & alimentum quod in eos dentes digeri oporteret, in cornuum incrementum abſumitur. ſunt uero in animalibus bina cornua; quoniam & binis lateribus ſcatent, dextro ſcilicet, & ſiniſtro. tamen & Aſinus Indicus cornu in frontis medio poſsidet: & tamen ungulas haud fiſſas habet. ſed uero non ut alii Aſini, ungulas tam maximas habet: nec eſt in ſumma capitis parte, ut in animalibus bifidis cornu reperitur. reperiuntur etiã & alia animalia, ut ex Aeliano, & Ariſt. habetur. & etiam ex uiro omni ex parte Doctiſsimo Hyronimo Mercuriale; quæ unicum ſortita ſunt cornu. ut Monocerotis, Rinocerotis, & Oryx. de quibus & Plinius, & Columella etiam uerba fecere. nec etiam inter ſerpentes deeſt Ceraſtes, ſerpens qui cornu habet, & idcirco ita ſolino referente uocatur; Cuius longitudo ad duo cubita protenditur; & ab Auicenna cornuta dicitur. nec minus inter homines reperti ſunt, qui cornu haberent. nã apud Amatum Luſitanum me legiſſe ſcio; Peterum repertũ eſſe, qui ſupra frontem habebat cornu. in mulieribus uerò cornua gigni non poſſunt, niſi deficiant menſes. ſiquidem per menſium expurgationem, ſolet materia illa terreſtris, quæ in cornua trãſmutatur, expurgari. unde nec etiam podagra laborare ſolent, ut Hypp. hiſce uerbis dixit γυνὴ ȣ ποδαγριὰ, ἢν μὴ τα καταμὴνια αυτεν εκλὶπῃ, quem ſic uertit Aloyſius Luiſinus.

Inuiſam haud patitur mulier, querulamve podagram,
Ni fruſtrata ſuo tardent huic meſtrua curſu.

quoniam haud ſatis eſt, ut ait Galenus partium eupathia & patiendi procliuitas, niſi & humorum redundantia adſit. quæ adeſſe non poteſt, dum menſes fluunt, ſi tamen probè fluant. & hinc etiam eſt, præter alias aſsignatas cauſſas quod mulieres barbam non producunt. at deficientibus menſtruis ſolent & ipſæ etiam barbatæ euadere: ut Hypp. tradente Phætuſæ, Pytheæ uxori euenit: cui, cum fœcunda eſſet; & maritus in exiliũ actus eſſet: ex dolore, & uiri carentia, multo tempore ſuppreſsi ſunt menſes. poſtea dolores, & circa articulos rubores ſunt oborti. Hæc uerò cum contingiſſent, & corpus uirile eſt factum, & hir-

ſuta penitus euaſit, barbam produxit, & ei uox aſpera facta eſt. ex quibus manifeſtum eſſe iudico non ſolum uiros, ſed & mulieres cornutas reperiri poſſe. quæ cornua magis cuti, ut eſt Ariſto. auctor, quàm oſsi adhærent. ſiquidem in Phrigia Boues reperiri ſcribit Ariſt. qui cornua perinde vt aures mouent. igitur hæc cornua nullam habent (figura excepta) cum Ceratiæ Cometes cornu ſimilitudinem. quia animaliũ cornua ex materia terreſtriori gignuntur, Ceratiæ uerò ex puriori, & nobiliori exhalatione. ſed Ceratias Cometes tunc temporis uiſus eſt, cũ Græcia apud Salaminã depugnaret. cuius belli cauſſa, ex ea inſula exorta erat. unde cum Dorienſes odio Athenienſes proſequerẽtur, & oraculũ de Belli exitu; quod in Athenienſes parare aggrediebantur conſuluiſſent reſponſum eſt; ſe Athenienſium rerũ eſſe potituros, ſi hoſtili manu ipſorum Regem non interficerẽt. quare cognita Athenienſiũ Rex Codrus, habitu mutato, imperiiq. inſignibus depoſitis; uiliori cultu indutus, ſe pabulantiũ hoſtiũ globo, ſarmenta collo gerens, obiecit; & ibi, à milite, quẽ aſtu vulnerarat, interficitur. auctores ſunt Iuſtinus, & Valer. Max. ſed cũ Athenæ annuis magiſtratibus moderarẽtur: poſt multos annos (quia Regũ libido pro legibus erat) Solon uir iuſtitia, pietateq. inſignis eligitur; qui veluti nouam ciuitatem legibus conderet, ac firmaret. Et cùm inter Athenienſes Megarenſesq. ob eandem Inſulam Salaminam, quæ Salamin Straboni dicitur & in Mirthoo pelago quod inter Cretam, Argiã, Atticamq. iacet reponitur, & hodie Coluris dicitur, & Ptholomeo in x. Europæ tabula deſcribitur, pluries, acriterq. pugnatum eſſet. lege ſancitum fuit apud Athenienſes, ut capitali pœna is multaretur, qui legem de iure Salaminæ uendicando tuliſſet. id noſcens Solon, ſubitam demẽtiam ſimulat; in habitu deformi, inceſſu, omniq. actione: atque ex rei nouitate hominum concurſu facto; uerſibus ſuadere inſolitis populo cœpit, ut ius Salaminæ uẽdicaret. quæ extemplo in Athenieẽſium animos cœpit, atque deuinxit, & in ſæuam rabiem duxit; ut belli impetu in Megarẽſes facto, ipſiſq. deuictis, inſula Athenienſium ditioni, eſt reddita. quam rem dum Megarenſes diſsimulant, & ui, dolo, ac rapina, Athenienſiũ Matronas, dum Eleuſinæ Deæ ſacra fierent: quæ & nocte fiebant, & procul ab Athenis iuxta Eleuſinum oppidum, in quo Deæ erat ſacratum Phanum; abigere aggrediuntur: Piſiſtratus

ſtratus (qui poſt tyrannidem per annos 30. in Athenieſes exercuit; ſe ipſo ſponte uulnerato; cuius occaſione, & a plebe defenſus, & adiutus, tyrannnidem eſt adeptus) re cognita, iuuentutem ita in inſidiis collocat, ut Megarenſes inopinantes aggreſſus, deleuerit, & ipſorum nauibus receptis, Megaram cũ Athenienſium matronis, (ueluti in hoſtili præda ſi acceptæ forent) cõtendit, & in portu multos Megarenſes trucidauit, qui illuc ad fictam prædam uiſendam, contenderant: paullumq. abfuit, quin & Megaram in dictionẽ acceperit. hoc igitur tempore, in quo & Seruius Tullus Romæ regnabat, uiſus eſt Cometa Ceratias. neque eſt putandum ut eo tempore uiſus ſit Ceratias, quo apud Salaminam Xerſes Darii filius cum tot armatorũ milibus a Leonida Spartano, & Themiſtocle Athenienſium Rege; turpiter in fugã (piſcatoria Cymba parata) eſt eiectus. Cœterum raro Ceratias uidetur, ob materiæ, quæ cornu repreſentat, puritatem: cùm multũ ſit diſsimilis ab illa, quæ ipſius corpus conſtituit.

De Hyppeo Comete. Cap. VIII.

ETſi, & hæc Cometarum ſpecies, ſit aliquando uiſa; tamen mihi adhuc cognitum nõ eſt, quo tempore, & quo loco, apparuerit. ſiquidem & Volaterano recenſetur, & hæc ſpeties; & ultima Cometarum dicitur. qui ualde allucinatur, cũ ex Plinii teſtimonio, & aliæ tres cometarũ ſpecies reperiantur. At cũ huius generis Cometes ſit, uti Cœteri, à ſimilitudine dictus. ſua figura ſanè equi iubã repreſentat: ideo dictus eſt Hyppeus, cum ἵππος græcis equus dicatur. de quo animali, & mira uidemus. & aliqua quæ nobis, non adeo cogitarũt. & ſi nobiſcũ quodãmmodo uiuat. nam cum equa peperit, ſtatim ſecũdas deuorat, ut pleraque ẽt animalia faciunt. & quandam carũculam quæ pullorum fronti adnata eſt, dentibus extirpat, deglutitve, q̃ caruncula hypomanes dicitur: & ut eſt Ariſt. auctor ad ueneficia plurimũ ualet. ſed quoddã ueneni genus Columellæ ἱππομανὲς dicitur: qđ equinæ cupiditati, ſimilẽ mortalibus amorẽ ingerat. qm̃ equæ tanto coeundi ardore flagrare ſolent, ut ſi marem non habeant, nimia, aſsiduaq. ueneris cupiditate, ſibi ipſis uentrẽ figurent, gallinarũ cohortaliũ more: idcirco uento cõcipiũt; et apud Sacrum Hyſpaniæ montem, qui in Occidentem iuxta

Oceanum procurrit; ut etiam circa Aſcanium flumen, & Gargara. quod etiam expreſsit Poeta.

Scilicet ante omnes, furor eſt inſignis equarum.
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ,
Illas ducit amor transgargara, tranſq. ſonantem
Aſcanium, ſuperant montes, & flumina tranant.
Continuoq. auidis vbi ſubdita flamma medullis,
Vere magis, quia vere calor reddit oſsibus, illæ
Ore omnes uerſæ in zephyrum ſtant rupibus altis,
Exceptantq. leues auras, & ſæpe ſine vllis
Coniugijs, vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos, & depreſſas conualles
Diffugiunt, non eure tuos, neque ſolis ad ortus
In boream, Corumq. aut vnde nigerrimus auſter
Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cœlum.

quare appoſitè, ab Horatio in Lydiam anum eſt dictum.

Quum tibi flagrans amor, & libido
Quæ ſolet matres furiare equorum,
Saeuiet circa Iecur bulceroſum
Non ſine queſtu.

Equarum autem iſtarum fœtus, vitales non eſſe iudicat Columella. quarum libido Plinio aufertur, ſi ipſis iuba tondeatur. interque animantia repertus eſt non ſemel admiſſarius equus qui matrem inire nollet: unde peroriga uelũ ante oculos equi adpoſuit, & ſic matrem iniit. ſed cum equus admiſſarius deſcenderet, & caſu uelum ab ipſius oculis decidiſſet, ſic peroriſgam morſibus eſt aggreſſus, ut ipſum interfecerit. quod etiam à Camelo factum fuiſſe legimus. prioris rei teſtis eſt Varro, ſecundæ Pius II. Pont. Max. Cœterum ſi equa cum utero gerit ab Aſino iniatur, corrumpitur fœtus. quod euenit quûm ab Icthiphalli uaſtam magnitudinem, tùm & ſeminis contrariam naturam. ex quo ſemine non aſinus fit, ſi cum equa coeat, ſed Mulus. qui & ſuperuenit, & coit & cum equa innum generauit, ut eſt Ariſt. auctor. nec eſt fabuloſum Mulas circa phœnicẽ coire & parere. quando & in Italia non ſemel Mulam parere ſit uiſum. at Hyppeus Cometes refert equinam iubam; quoniam materia illa fumida, quæ magis tenuis eſt, ſic ſuprà Cometem accen-

accenditur, ut talem præbeat formam. qui quando uiſus ſit, ut dixi incompertum habeo.

De Andro Comete humanam faciem re-preſentante. Cap. IX.

VEluti circa nubes fieri uidemus varias, multiformeſq́ue figuras ut modo uel præruptum montem præſeferat nubes, modo brutum, uel hominis giganteam figuram, & huc, illucq́ue quum à cœli rotatione, tùm & à ventis agitetur. ita putandum circa Cometes euenire poſſe. nam cum materia illa fumida, in ſublime ob ſuperius aſsignatas cauſſas attrahatur; ibiq. accendatur, poteſt, prout diſpoſita eſt, modo unam nunc aliam referre formam. quod uero argenteum clarumq. colorem poſsit recipere, hoc ex materiæ puritate prouenit, ut inferius melius uidebimus. igitur & humanam poteſt repreſentare formã Cometes: & etiam quandam Cæſariem poteſt habere. ſi uero Cæſaries haud conſpiciatur, hoc ex maxima claritate corporis cincinnatę prouenire poteſt. cum itaque etiam reperiatur Cometes qui humanam formam oſtendat, iure à nobis ανδροκομητης uocabitur. neque talem figuram haud poſſe referre materiam illam accenſam in ſublime; putandum quando multa alia quũ in ſublime tùm & in inferiori parte fiant, quæ admirationem quandam pariunt. ſcimus enim paullo poſt fabiorum cedem ante illam magnam peſtilentiam, quæ diu urbem uexauit, Cœlum arſiſſe. & poſt quam Senones Galli a Lucio Furio Camillo & trucidati ſunt, & intra æſinum flumen, & Piſaurum cõcluſi, Senogalliæ oram tenuere: nempe illam adeo miram, & fœcundam regionẽ, ut Polybii uerbis utar, in qua Suaſam, & Oſtrã, inſignes olim ciuitates, ut ex ueſtigiis cernitur Suaſæ præſertim cuius Ruinæ. ab Octauiano Vulpello I. V. D. Clariſsimo & antiquitatum maximo indagatore, & ſtudioſiſsimo, ab orco reuocatæ ſunt, & Ptholomei teſtimonio comprobatur uel condidere, uel certe coluere. igitur in iſtis Senonum Gallorum Mediterraneis Patria Curinaltum, condita eſt. & oppidum hoc ſic dictum eſſe crediderim, quoniam in eminentiori ſitũ eſt loco: quod inter minores urbes Egidio Cardlæ Cardinali, & Ioanni

Andreæ

Andreæ Gilio reponitur. quod ſecunda uice qua Italiam petiit Egidius, eſt ab ipſo ſolo aequatum. cauſſa uerò fuit, quoniam mei Ciues Nicolai Buſcareti ciuis noſtri, Aeſii tiranni partes ſequebantur. qui furentis, ac in Dei Eccleſiam inſanientis Ludouici Bauari opinionem, ſtudiumque tuebatur. at quibuſdam tranſactis annis a Catabrica Sfortianæ domus milite, ac familiari, non ſolum reſtauratum, ſed & reconditum eſt. quo propter tyrannidē expulſo: Ciues ſe ipſos Eccleſiæ Romanę dederunt, ſub qua uiuimus, uiuereq́. uolumus. igitur dū Lucius Furius Senones Gallos, qui prius Cenones, ideſt noui dicebantur. quique cum Galliæ tractum tenebant, qui hodie Picardia nominatur, & ad Romam occupandam Brenno duce uenerant, infra hanc regionem concluſiſſet: ſaxa grandini mixta nubibus cecidere. nec me latet poſtquam Pub. Cornelius Scipio apud Trebiam cum Hannibale conflixit, qui relicto in Hiſpania Aſdrubale fratre, & Pirenęo, alpibuſq́. igne, ferro, & aceto penetratis, in Italiam contra Pop. Romani Imperium XXXVII. Elephantes cum XX. milibus equitum, & centum milibus peditum adduxerat: Picenam regionem ſaxatili imbre eſſe uerberatam. & Parmæ apud Arpos in Cœlo uiſæ ſunt; & pluuiæ decidere cruentæ. & ante bellum ſociale, cuius auctores Picentes primò, & Aſculum eorum ciuitas fuere: deinde Marſi, Peligni, Samnites, ſpe libertatis illecti, arma in Romanos capere, minime ueriti ſunt. nonne per ſeptem continuos dies, grando unà cum lapidibus, immixtis etiam teſtarum fragmentis, latiſsimè tellurē uerberauit? Complures præterea Romani, Globum aurei *coloris*, de cœlo ad terram deuolui, maioremque factum: rurſus à terra Oriente Sole in ſublime ferri, ac magnitudine ſua ipſum Solē obtegere, uiderunt. & antequam Cæſar, Pompeium ad pharſalicos campos uiciſſet, & ita fugaſſet, & unà cum Vxore ipſum Alexandriam petere coegiſſet, ubi a ſotino, Achillaq́. Ptholomei Regis, & Cleopatræ fratris familiaribus obtruncatus eſt; ut eſt auctor Appianus: circa Antiochiam ita armorum ſtrepitus in aere auditus fuit: ut Antiocheni armis acceptis ad ciuitatem tuendam, ueluti cōtra hoſtes ad muros cucurrerint quinetiam, & carnē Caio Volumnio, & Ser. Sulpitio Conſ. pluuiſſe, memorat Valerius. ſcimus etiam lanam è cœlo decidiſſe; & cruentas ſpicas meſſores collegiſſe. at portentis aliis omiſsis, quæ a

Tucidide,

Tucidide, Herodoto, Dionyſio, Plutharco, Liuio, Cæſare, Saluſtio, & Dione ac aliis referuntur: certè id taccere haud mihi perſuaſerim, quod Eutropio referente, ſub Imperatoribus Conſtãtino, Conſtantio, & Conſtante uiſum eſt. Columna enim Crucis ſpeciem referẽs uidebatur, & luminoſa, quæ a Golgota ad Oliuarum montem in Paleſtina ſe extẽdebat. in cuius circuitu erat corona ad formæ iridis inſtar. quare mirari non debemus ut ẽt Androcometes aliquando uideatur. cuius color candidus eſt, cum argenteo crine; ut hiſce uerbis Plinius ſcribit. fit & candidus Cometes argenteo crine ita refulgẽs, ut uix contueri liceat, ſpecie humana Dei effigiem in ſe oſtẽdens. quare recte à me dictus eſt Androcometes, à Coma, & humana effigie. qui tamen Cometes ſtellæ figuram æmuletur, eſt neceſſe, nempe illam rotũdationem, & ſphericam formam. Cuius apparitio eò raro accidit, quum ex puriſsima, ualdeq́. ſimili materia fiat; quæ ſæpe a uia lactea abſumi ſolet. ut poſt Ariſtot. eſt mihi auctor, grauiſsimus Olympiodorus.

De vndique Iubato Comete. Cap. X.

INter omnes Cometarum ſpecies, nulla meo iudicio maioris ponderis, maioriſq́. momenti unquam fuit, quàm Cometes iſte, de quo impræſentiarum uerba ſumus facturi. ſiquidẽ, cum undiq́. iubatus ſit, (ideo ita eſt uocatus) merito fit, ut huius cauſſa, difficillimum ſit probè eius naturam callere. quoniã eſt opus, ut ex diſsimili materia, & ualde heterogenea ſit conſtitutus. nam quæ iubam conflat, ſi diſsimilis Cometæ corpori non eſſet, non poſſet ita Cometem conſtituere. poteſt etiam fieri, ut flamma quæ in materia illa eſt accenſa undique diffundatur, ut ſit in igne arte parato, quem artificiatum uocant. ſed ſi ita non eſt, erit neceſſe ut materia illa quæ ſupra eſt differat ab illa quæ infra, & etiam in ipſius corpore eſt. neque hoc abſurdum eſt, ut fieri nequeat. quoniam in animantibus, multas circa eorũ pelles uarietates uidemus. ut gratia exẽpli in pardo, qui cum ſit ferum animal, pellẽ ita uarie coloratã habet, ut ipſæ maculæ referant quandam oculorũ figurã. ſimilis ẽt uarietas in Panthera obſeruatur. de qua mirũ refertur apud Pli. a Demetrio phyſico, quæ-

dam enim Panthera, cum catulos procul in foueam delapſos haberet; in media uia hominem quærere conſtituit; at cùm obuiā cuiuſdam Phylini affectatoris ſapientiæ pater; factus eſſet, expaueſceretque Pantheræ aſpectu, & aufugere ſatageret: illa miris blanditiis, geſticulationibusq. ipſum circundare occepit, & unguibus ueſtem arripere: donec Phylini pater, re intellecta, & ad locum in quo catuli erant deductus, ipſos & extraxit, matrique reddidit. illa (ut par erat) gratias referre haud ſermone ualens, & uoce, læta geſtienſq. gratias reddebat. cuius pili qui in cute conſiſtunt, haud eſt dicendum, quòd ex eadem ſpecifica fuligine generentur omnes: ſed ex diſsimili materia: ut illa magis exuſta, nigros pariat pilos, quæ talis non eſt, alios faciat. ut in nobis met ipſis uſu uenit, nam cani pili ex fuligine pituitę producuntur, alii, ex aliorum humorum. fuligine. quod etiam in Pſytaco aue obſeruatur: nam iſtud animal ut Apuleius Platonicus ait, & nos uidemus uel ſæpe; plumas intimas uirides habet, extimas cerulei coloris. & tamen ceruix ipſius circulo, ueluti aurea torque circundatur. neque eſt ut dicamus, ut ex eadem materia colores illi fiant. uam quamuis unà genere ſit materia, differt tamen ſpecie. cuius cauſſa alia non erit cenſenda, niſi illa quæ in plumis, & cute adeſt propenſio & facultas, qua ſibi ſimile attrahit, apponit, & aſsimilat: quam uocat Fernelius τρν κάτασκεύάν. ut in corpore noſtro etiam fieri uidemus. quando omnes partes ex ſanguine nutriuntur, ſed lien ex ſanguine craſſiori, pulmo ex ſubtiliori, oſſa, cutis, & nerui, ex alia materia, quæ ex ſanguine ſtatim fit. ſic & cœteræ partes. & tamen ſanguis non niſi unam habet naturam, at diuerſimode tranſmutatur, dum ex eo nutritur uētriculus, nutritur cerebrum, nutriuntur membranæ, & inteſtina, ac denique omnes animalis partes. ita & de fuliginoſis excrementis eſt dicendum, ex quibus & pilorum uarietates oriuntur. quæ promptitudo eſt uel in tota ſpecie, ut in carduele, pſitaco & ſimilibus animantibus cōſpicitur: uel in parentibus, potiſsimumq. in matre, ceu illa quæ & in utero retinet fœtum, & ſanguine alit etiam extra, dum lac filiis præbet. quæ mater non ſolum ſimilem filium poteſt progignere, ſed etiam ſi aliquando rem aliquam uel uiderit, uel appetierit, uel imaginatione conceperit, maculoſum. ut de Iacobi patriarchæ ouibus in ſacris litteris legitur. quæ dum aquatum irent,

conſpectis

cõſpectis in aqua lignis atro infectis colore, & maculoſos fœtus procreabant. id etiam in mulieribus utero gerentibus quotidie uidemus, ut multorum generum maculæ in ipſis puerulis conſpiciantur. huius autem rei cauſſam Iulius Delfinus eſſe cenſet; quoniam cum ex noſtro libertatis arbitrio, omnis localis motus fiat, ut ante ipſum apprime declarauit Galenus: fit etiam motus uoluntarius in muliere prægnãte, & ſi ipſa hunc motum minimè animaduertat. neque ullus motus in animalibus fieri põt; niſi prius uel ſpecies, uel cogitatio, uel memoria præceſſerit. unde mater partem aliquam tangendo, in illa parte tacta ſanguis moueri deberet: & mouetur certè in parte illa, at mouetur etiã in fœtu, quoniam ut ait Galenus eſt pars matris. ſed in Matre haud ſigna fiunt, id prohibente corporis duritie. quod ob mollitiem nequaquam in fœtu accidit. Cœterũ Fracaſtorio alia cauſſa cenſetur. dicit enim quod ſpiritus qui per totum excurrunt animal, agere hoc poſſunt: ſed non ſine ſanguine, putandũ eſt fieri poſſe, ut in mirmeciis acrocordonibusq́. uidemus, ad quos nutriendos ſanguis concurrit; & talis ut ex ipſo, nullum aliud morbi genus, fieri poſsit. merito igitur in animalibus eſt illa propẽſio, quam ut diximus πρῶκατὰσκευὰν uocat Fernelius. At ſecus uidetur uiro Doctiſsimo Bernardino Aloyſio Sanſeuerinati, meo & collegę, & Compatri ſuauiſsimo: qui putat nulla ex alia cauſſa has notas prouenire, quàm ex ſeminis conſenſu, & ſympathia. quoniam iam apud medicos eſt receptum; ſemen à toto (ui ſua) prodire. & ut Hypp. & Galenus ſunt auctores, tam a fœmina quàm etiam à mare excidere. quamuis peripatheci reclament, & inter eos potiſsimum Auerr. qui ueluti famelici ſaliuam, fœmellæ ſemen eſſe ſtatuit. igitur cum ſemen a toto decidat, fit ut ſympathiam conſenſumq. maximum habeant fœtus partes, cum matris partibus, ut quotidie experientia cõmoſtrat. unde parte quæ tacta eſt a matre alterata, alterat, & fœtus partem illam, quæ conſenſum habet; & mota inibi uirtute appetitrice, appetit, & attrahit ſanguinem, qui aſsimilatur rei appetitę, diſponente etiam imaginatione. igitur in omnibus corporis partibus adeſt talis προκατασκευα. ſic & à pari & de iſto Comete erit nobis dicendum, ut in infirmiori ipſius parte magis terreſtris, in ſublime purior materia adſit circa uero latera medio modo ſe habeat: unde tamquam a Iuba Cometes circundatur.

Cuius apparitio etiam ob hãc cauſſam ſupra dictam rarior aliis eſt. quorum Cometarũ unus anno ab urbe condita 398. C. Martio Rutilio, & Cn. Manlio Capitolino Imperioſo 11. Conſ. uiſus eſt. an uerò Conſules eſſent C. Genutius, & Lucius Aemilius Mamercus: & Cn. Manlius Capitolinus Imperioſus Dictator ad Clauum figendum ſit dictus, ut Liuius refert; parũ obeſſe reor. ſiquidem hiſce temporibus Cometẽ hunc fuiſſe apud Plinium conſtat, in quibus adeo dira Peſtilentia S. P. Q. R. afflixit, ut ipſe Cn. Mãlius Capitolinus Imperioſus, Dictator ad Clauum figendum ſit dictus. nam dira Peſtilentia, nec humano cõſilio, nec ope diuina leuari poterat. ex qua è uiuis Furius Camillus ſublatus eſt, de quo ſuperius egimus. & etiam iſtis tẽporibus primum hyſtriones Romę uiſi ſunt: qui ita ſunt dicti ab hyſter Etruſco uerbo. quod Ludius interpretatur. nam antea Feſcẽnino uerſu, ſimile incompoſitũ, temere, ac rude alternis iaciebant. nam iſti impletas modis ſatyras, deſcripto iam ad Tibicen cãtu, motuque congruenti peragebant. iſti autem ab Etruria acciti Ludiones, ut ab ipſis Ludi Scœnici ad Peſtem arcendam fierẽt; qui non profuere. ex hac igitur occaſione, poſt aliquod tẽporis interuallum Liuius auſus eſt primus ab ſatyris argumento fabulam ſerere. deinde Iuuentus hyſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula, intexta uerſibus iactare cœpit. quæ exordia poſtea appellata, conſertaque fabellis & potiſsimum Attellanis ſunt. quod ludorum genus ab Oſcis acceptum tenuit Iuuentus, ut Liuius dicit. igitur cùm iſtis temporibus haud Peſtilentia auerti poſſet: & cùm eſſet repetitum, ex ſeniorum memoria Peſtilentiam quondam, Clauo ab Dictatore fixo ſedatam: eaque religione Senatus abductus Dictatorẽ Claui figendi cauſſa dici iuſsit. Itaque iſte Lucius Manlius Imperioſus dictus eſt Dictator. Cùm enim lex uetuſta priſcis literis uerbiſque ſcripta fuerit, ut qui Prætor Maximus foret, Idibus Septembribus Clauum pangeret. fixus fuit dextro lateri Aedis Iouis Opt. Max. ea parte qua Mineruæ templum erat. at iſtius Cometæ ea quæ Iubam repræſentabant, in Aſtam mutata ſunt Olympiade 108. inquit Plinius & tamen Glareano ſupputante fuit Olympiade 106. mutata uero in aſtam ſunt, in longum diſſoluta materia: ut aliquando in aliis aeris impreſsionibus accidit. de quo ſic ait Manilius,

Procero

Procero diſtenta utero paruoſq; capillos,
Mentitur paruis ſignis glomeratur in orbis.
Hirta figurantis tremulo ſub lumine miſſes.
Lampadas & fiſſas ramoſos findit in ignes.

De ſimplici Comete. Cap. XI.

Fiunt & ſimpliciores Cometę, qui nec cęſariem, aut comam aliquam habent, nec barbam, aut cornu, neque in omni loco fiunt, ut in Septentrione, ſed ſolum ad auſtrum. quũ cum Tellus octo olim Ptholemeo clymatibus diuiſa fuerit, in Diameroen, Diaſienen, Dialexandreon, Diarodon, Diaromem, Diapontũ, Diaboryſtenen, Diariphęon. quibus & quinq; cęli Zonæ rñdent. cumq; uerſus auſtrũ ſint, & æquator, & æſtiuus tropicus, qui Cancri dicitur; fieri nõ põt, ut tanta ibi materiæ cõpia colligatur, q̃ comæ cauſſa eſſe poſsit, aut alterius Iubæ. diſsipata & à calore deuincta Materia, ex qua cauſſa fortè Hyppo. Chius & alii Pytagorei ad auſtrum fieri poſſe negabant Cometas quũ ſolis & aſtrorũ motus, non ſolũ calidã ſegregant exhalatiõnẽ & ſiccã, ſed & in tenuem aurã ipſam diſſoluunt, ac ad nihilũ ducunt. & quãuis iſtius modi Cometæ magis frequẽter circa auſtrũ uideantur, ob ſupra poſitam cauſſam, uerumtñ & crinitum ſydus ſub auſtro aliqñ uiſum eſt. quod nihilominus ſub æquinotiali fuit, at paucis uiſum eſt diebus. quũ diſsipatur magis à calore materia, ut ipſum nutrire non poſsit, ut eſt Ariſt. auctor. qui Cometes ſub Præſide Nicomaco fuit. qui 109. Olympiade Athenienſibus imperabat. erat. n. illius Olympiadis anno quarto, Archon: ut ſupputat Carolus Sigonius. quo tpe Phociõ Athenienſis Clitarchum Eretrię tyrannum a Phylippo Magni Alexandri Patre cõſtitutũ, debellauit. & apud Rom. conſulatũ exercebat tertio M. Valerius Coruinus, & A. Cornelius Coſſus collega. & anno pręcedẽte Cõſ. C. Martius Rutilius 111. T. Mãlius Torquatus 11. cũ Aedes Iunoni Monetæ, ob uotũ à Lucio Furio Dictatore, dũ bellũ in Aurũcos paratũ eſſet dũq; ædificaretur, in Albano mõte lapidibus pluit, & nox in[illegible] diu uiſa eſt intendi. at M. Valerio Coruino, & A. Corn. Coſſo Conſ. bellũ Samniticũ eſt factũ. in quo ob rẽ proſpere geſtã, Carthaginẽſes Coronas aureas dono Pop. Ro. miſerũt. q̃ ſeruatæ ſunt in Iouis

cella, quæ in Capitolio erat. fuerunt pōdo xxv. & conſules am bo de Samnitibus triumpharunt. Viſus eſt etiam Attalo regnā te, in ipſius Regni initio Cometes; qui cũ modicus apparuiſſet, ſuſtuliſſetq́. ſe deinceps, uſque in æquinotialem circulum deuenit, ita ut illam Cœli plagam, cui lactea nomen eſt, in immenſum æquaret extentus. qui Attalus cum Regnum ab Eumene patruo accepiſſet, & omni nefario facinore regnum deturpaſſet: decedens abſque filiis Romanos hæredes reliquit. & quoad uixit cum Ptholomeo Aegiptiorum Rege, in libris comparandis, emendiſq́ue decertans, in cauſſa fuit, ut Codices cuiuſuis artis, & facultatis forent, à librariis corrumperentur: ſpe præmii, & largitionis occupatis, ut Galenus dicit. at cum Ptholomeus papyro abundaret, qui parabatur ex papyri foliis, cum Tipha ſimilitudinem habentibus, & Nili aqua. in quibus uolumina deſcribebantur, & uirorum monumenta litteris, & poſteritati mādabantur, ſed inuidia compulſus Ptholomeus ne papyrus ad Attalum delatus eſſet prohibuit. quare fabricata eſt ab ipſo illa inſignis librorum ſupellex Alexandriæ, quæ a Cæſare caſu eſt cremata, ut eſt Hircius auctor. Attalus uero cum facultas Papyrum habendi ei eſſet ablata, paginas ex ouium corio, ex quibus uolumina parari poſſent, reperit. unde à loco eſt pergamena pagina dicta. qui etiam Galeni noſtri Patria fuit, in minori Aſia, propè Lesbum Inſulam, in tractu illo, in quo etiam Troia fuerat, & Ptholomeo reponitur in prima Aſiæ tabula. igitur cum iſti de ſupellectili libraria ampliſsima facienda, inuicem dimicarent: Pergameus Rex Attalus, ſi libraria cōditione ipſum non ſuperauit; aliis rebus ſplendidioribus undiq́ue conquiſitis Alexandrino Regi præfuit, ex quibus adagii loco Attalicæ opes, prolatæ ſunt. unde eſt Horatii illud.

Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros, Attalicis condictionibus
Nunquam dimoueas, ut trabe Cypria
Mirtoum pauidus nauita ſecet mare.

quando in illo maris tractu eſſet etiam Pergamus condita & quamuis iſtius modi Cometæ ſint uiſi circa auſtrum, ut de illo qui ſub Nicomaco eſt Ariſtot. auctor; & de eo qui ſub Attalo Seneca referente apparuit. tamen frequentius ſine ulla iuba cōſpiciuntur. quæ omnes cometarum ſpeties, magnitudine, ua-

riare,

riare, & ſitu poſſunt; dum alius Cometes altero Comete maior apparet. quæ diuerſitas ex eo conſpicitur, ſecundum maioris, minoriſve materiæ accenſæ copiam. quòd autem alius alio ſublimior fit, non ad materiæ copiam referri poteſt, ſed ad grauitatē, & leuitatē: q̄ differentiæ, ad puritatē ſubtilitatēq́ uel ad craſſitiē & tenuitatē exhalationis ſufumigabilis debēt referri. quapp cū purior, & magis ſimiliū partium fuerit materia accenſa, etiam Cometes magis in ſublime extolletur. nec minus erit huic color, ab aliis coloribus differens. de quibus quæ ſunt circa colorem differentiis, iam tempeſtiuum eſt, ut agamus.

De Cometarum Coloribus. Cap. XII.

Diuinus Plato, Colorem ueluti flammam quandam, fulgoremq́. a ſingulis corporibus emanantem eſſe, dicebat: parteſq. quaſdam habentem; quæ eſſent commodæ ut a uiſu oculiſq. conſpici poſſent. at quę a corporibus emanant, & in aſpectum cadunt, partim maiora, partim minora, partim uerò partibus uiſus ęqualia fore. at quæ ęqualia ſunt, a uiſu percipi non poſſunt, atque ſentiri. quoniam diaphana, ideſt utrinque perſpicua nominantur. quę autem maiora, uel minora exiſtunt; partim diſcernere, partim uiſum contrahere eſt neceſſe, eorum inſtar, quę caliditate, uel frigiditate, aut eorū, quæ acrimonia linguam contrahunt, uel diſcernunt quæ cū uiſum ſic afficiant, alba, uel nigra dicuntur. nam quæ uiſum congregant atra, quę diſgregant alba exiſtunt. qui colores ideo uidentur: quoniam ut inquit Plato. cùm Dii noſtrum corpus ex elementis fabricaſſent; miſiſſentq́ in nos ignem: uoluerunt ut oculi ex non urente igne eſſent conformati. nam apud ipſum Platonem, plura ſunt ignis genera. quæ uti corpora noſtra, ex triangulis cōpoſita: ita concinnata, ac conformata ſunt. tamen ignis ex ſubtilioribus angulis conſtat, quam noſtra, non conſtant corpora, ac etiam alia elementa ſimplicia. at ignis noſtros oculos effomans germanus, ac ſincerus, per oculos cum emanet, fit ut colores uideantur. Cœterum non uiderentur colores, niſi generentur, & fierent. qui fiunt, dum a ſingulis corporibus quædā flamma, & fulgur emanans; obuiam ſincero, & germano igni,

qui

qui per oculos effunditur, fit. cuius occurſu lachrima; corpus ex igne, & aqua mixtum, effunditur. Et uno quidem igne, uelu ti è coruſcatione, quadam exiliente, altero uerò penetrante, & ab humore extincto; uarii in hac mixtione creantur colores. & iſta paſsio uocatur fulgor, & coruſcatio; agens uerò, ſiue id qd' hoc facit, ſplendidum, atque coruſcum dicitur. Et colores intermedii, ſic ex Platonis ſententia fiunt. Cum ignis mediũ genus, ad oculorum humorem peruenit, & ſe cum ipſo miſcet; minime coruſcum cum ſit, fit ut in ipſa ignei radii, cum humoris admixtione, ſanguineus fiat color, qui rubeus dicitur. at ſi ſplendidum, albumq. cum rubeo miſceatur, flauus color euadit. cuius coloris eſt mel. unde eſt Martialis illud.

Flauaque de rubro promere mella cado.

qui color & Giluus etiam Virgilio dicitur.

Glaucique color deterrimus albis,

& Giluo. qui ut refert Gellius κιῤῥὸς dicitur. ex qbus eſt apud Atheneum, ut Epheſiorum ſatrapes dicantur melini. quãdo huiuſcemodi colore, infectis tunicis utebantur. & etiam luteus color eſt dictus. unde & Plinius eſt author quod olim uela, quæ flammea uocabantur, quibus innuptiis utebantur mulieres, huius coloris erant. ex quibus eſt Lucani illud de Martia Catoni iterum nubente.

Lutea demiſſos uelarunt flammea vultus.

Nec me latet Volateranum, aliter ſentire; diſgregantem hos colores, differentia aliud faciente, vt Prophyrij verbo vtar. quod minimè verum eſt. non negarim tamen, differentia, quæ eſt ſecundum magis, & minus differre. qui etiam dicitur Actuario ſpiceus, ob ſimilitudinem, quam cum ariſtis habet, vt Seruius ſuper Virgilij illud docebat.

Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo.

ſi uero rubrus cum albo, nigroque miſceatur, prupureus gignitur color. qui etiam pro ſanguine aliquando à Poetis ponitur. vt Purpuream vomit ille animam. ſic & Homero ſanguis purpureus dicitur, & etiam hac ratione purpurea mors.

Τὸν δ' ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Cuius etiam coloris, non vnicum eſt diſcrimen. vt apud Lazarum Bayfiũ eſt videre. & etiam apud Iuriſperitos legitur. Quãdo purpuræ appellatione, omnis generis purpuram contineri putant.

putant. cuius coloris inuentionem ab Hercule factam fuiſſe Iulius pollux ad Commodum Imperatorem ſcripſit. Tyrij (inquit ipſe) narrant, Herculem amore nimphæ indigenæ captū; cui nomen erat Tyrus. Herculem autem ſectabatur canis, vt antiquitus vſu erat. noſti enimuero quod canes vnà cum Heroibus in conuentum progrederentur. Canis itaque Herculis purpuram per ſcopulum ad repentem conſpicatus, ipſius prominētem carūculam mordicus adripuit, & pro cibo vſus eſt: cruorque canis labra phœniceo infecit colore. Vt vero ad puellam redijt Heros: ipſa, Canis labia conſpicata; inſueto infecta colore; negauit, ſibi quicquam poſt hac cum illo fore, niſi veſtem canis labellis ſpecioſiorem afferret. ſic igitur Hercules concha illa reperta, cruorem collegit: munusque puellæ attulit: primus inuentor vt perhibent Tyrij, Phœnicinæ infecturæ. Cœterum purpurę ex quibus color fit; vt Plinius eſt auctor, viuunt annis plurimum ſeptenis. Ariſtoteles vero ait eas viuere annis circiter ſex: ſimiliter & Buccinas; & ſingulis annis incrementum oſtendunt per orbes: quibus totidem ſunt, quot annos habent, earum teſta intorta cuniculatim increpidinem deſinit. quæ verno tempore eundem in locum ſe colligētes condūt. quam fauaginem nominant; quæ velut fauus eſt apum. verum non ita elegans, ſed quaſi ex putaminibus cicerum alborū, multa inter ſe compoſita, ſtruem vnam ſua coheſione coagmentarint, nullum ijs patet foramen, neq; ex ijs purpuræ enaſcuntur: ſed cum purpuræ, tùm etiam reliqua teſtis incluſa è limo fece, & materia putreſcente oriuntur. illa vero coagmentatio, fauo ſimilis, tamquam purgamentum: tam ijs, quàm buccinis euenit. nam buccinis quoque fauificare in more eſt. itaque ne ea quidem, quæ ex teſtaceis fauos ſaliuant, alio modo quàm cœtera teſtis incluſa generantur: verū melius atque uberius quoties pręſunt, quæ eiuſdem ſunt generis. Emittunt enim cum ſuos ordiuntur fauos mucorem quendam, ex quo putamine cellulæ illæ conſiſtunt. Hæc ergo rupta, difuſaque omnia humorem quē continebant, in terram dimittunt. Mox eo quo effuderint loco gignuntur purpurulæ, exordio admodum exiguo conſiſtentes; quas ſibi annexas gerunt: quæ grandes capiuntur, nonnullæ etiam forma nondum diſtincta cernuntur, ſi fortè prius quàm pepererint capiantur, fœtus interdum per crates, & tegetes, nō

qualibet elidunt, ſed congregatæ eodem, vt facere in mari ſolent. itaque per anguſtiam, veluti vuæ ſpecie, fœtus conformatur. hactenus Ariſtoteles; de purpurarū generatione. Plura vero earum genera ſunt: nàm aliquæ magnitudine augentur inſigni; vt quæ ad ſigeum, & lectum, Idæ Promontoria, gignuntur. aliæ paruæ, vt quas Euripus fert, & Caria. Pelagię magnæ, ſcabræque ſunt. Plinius verò ſub conchas purpuras collocat, dum ait Concharum ad purpuras, & Conchylia, eadem quidē eſt materia, ſed diſtat temperamento. Duo ſunt genera: Buccinum minor concha, ab ſimilitudinem eius Buccini, quo ſonus editur. Vnde & cauſſa nomini, rotunditate oris in margine inciſa. Alterum purpura vocatur, calliculatim procurrente roſtro: & calliculi latere introrſus, tabulato, quo ꝓferatur lingua. Prętcrea eleuatum eſt, ad turbinem vſque: aculeis in orbem ſeptenis ferè: qui nō ſunt Buccino, ſed vtriſq. orbes totidem, quot habent annos. Buccinum non niſi petris adheret, circaque ſcopulos legitur. At purpuræ quinque Plinio differentijs continētur. Aliquæ enim Pelagiæ vocantur. lutenſes aliæ. agenſes, Tenienſes, calcùloſæ, & poſtremæ, dialuſitenſes, quæ vel à ſtatione, vel à paſtu quo vtuntur, vel a loco, in quo manent, nomen ſunt ſortitæ; quarum caro, ori grata & ſtomacho exilitis ſed ventrem non emolliunt purpuræ vt oſtreæ faciunt, & quædam alia Cōchilia vt eſt auctor Dioſcorides. & craſsi ſucci ſunt, veluti etiam chemæ, petellæ, pinnæ pepertines, & quæcumque vt ait Oribaſius teſta integuntur. ſed certè Galeno expetitur purpurarum teſta, ad mulierum vteri ſuffocationem. & Aetio ad tumentes lienes, ſi cum aceto propinetur. quorū operculorū cinis, dentes abſtergit, carnes excreſcentes cohibet, & vlcera purgat. At hoc animal in medijs faucibus florem illum, tingendis expetitum veſtibus habet: liquoris, hic vt ait Plinius minimi eſt in candida vena. præcipuus hic liquor Aſiæ. in Meninge Africæ, in Laconia Europæ, ac etiam apud Strabonē in Sardinia, ſed maxima ipſarū copia, apud Tyrū Phœniciæ piſcabatur. nam vt idem dixit Tyria purpura, optima omnium perhibetur. ac piſcatio ipſa proxima eſt; & cœtera omnia, quæ ad inficiendas veſtes pertinent, abundè habet. & quamquàm maxima huiuſmodi officinarum multitudo vrbem reddant paullò grauiorem, tamen ob hanc virtutem locupletior efficitur. & nō

ſolum ab Regibus, ſed ab Romanis libertate donati ſunt, & parua impenſa, in ſua ſententia cõfirmati. colitur apud ipſos Herculem mirum immodum. hucuſq́. Strabo. crediderim autem ego apud eos cultum Herculem eſſe, ob repertam purpuram. Cuius vſus vt Budeus, & Bayſius putant, hodię non extat, & tamen Anconæ olim purpureo colore, veſtes inficiebantur, vt Silius Italicus ait.

Stat fucare colus, nec Sydone vilior Ancon.

Murice, nec libico &c. & quamuis Petro Marſio, olim apud Phœnices, libicos, & lacones, veſtes hoc tinctæ eſſent colore: negandum non eſt, quin Anconæ, hoc idem etiam fieri potuiſſet. cuius color ſic Horatio deſignatur, de Autũno dum loquitur folia purpureo colore tingente.

Prægeſtienſis tolle cupidinem,
Immitis vuæ: iam tibi liuidos.
Diſtinguit Autumnus racemos.
Purpureus varius colore.

Qui vt docet Ariſt. à quo fortè accepit Plinius varius erat, prout variæ purpuræ, & magis puræ erant. Capiebanturq́ue antè canis ortum, aut antè vernum tempus, quoniam cum fœtificaſſent, fluxos habebant ſuccos. Eximebatur poſtea inquit Plinius vena, cui neceſſarium erat ſalem addi, ſextarios fermè in libras centenas. Macerabantur triduo. quippe tantò maior vis, quanto recentior. feruerę in plumbo: ſingulisq́ue aquæ anphoris centenas quinquagenas medicaminis libras æquari: ac modico vapore torreri; & ideo longinquæ fornacis cuniculo. ita deſpumatis ſubinde carnibus: quas hæſiſſe venis neceſſe eſt, decimò ferè die liquatis; cortina uellus ellutriatum mergetitur, in experimentum. & donec ſpei ſatisfaciat vritur liquor. Rubens color nigricãte deterior. quinis lana potat horis; rurſusq́ue mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. hactenus Plinius, qui purpureus color & phœniceus dicitur, tractum vt puto à Regione nomen, nec differt à rubro, niſi ſecundũ exceſſum, & defectum. ſic de re hac apud Gellium Fronto ad Phaorinum loquebatur. Fuluus enim, & flauus, & Rubidus, & Phœniceus, & Rutilus, & luteus, & ſpadix, appellationes ſunt Rufi coloris, (qui & Ruber ipſi Gellio dicitur) aut acuentes eũ, quaſi intendentes: aut cum colore viridi miſcentes; aut nigro infuſcantes

ſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes. Nam phœniceus, quem tu græce φοίνικα dixiſti, noſter eſt, & Rutilus, & ſpadix, Phœnicei [illegible], qui factus græce noſter eſt, exuberantiam, ſplendoremque ſignificat ruboris: quales ſunt fructus, palmæ arboris non admodū ſole incocti; vnde ſpadicis, & phœnicei nomen eſt. hucuſque Fronto. ad Platonem redeamus. qui poſtquā de Purpureo egit; ait quod paullò obſcurior Moreus lutheus, fit color, quando his inuicem conflatis, aduſtisque magis, eſt adiuncta nigredo. Fuluus flaui fuſcique temperatione producitur. qui Seruio Bytrus dicitur. at Gellius ex Frōtone dicit. Fuluus autem videtur de Rufo, atque Viridi mixtus. in alijs plus viridis, in alijs plus Rufi habere. ſic Poeta verborum diligentiſsimus fuluam Aquilam dicit, & Iaſpidem: fuluos galeros, & fuluum aurum, & arenam fuluam, & fuluum leonem. ſicque Ennius in annalibus fuluo ære dixit. hactenus Fronto. Plato verò deinde dicit. Fuſcum verò albi & nigri confuſione fieri: ex quo apud Ouidium extat.

Heſperus & fuſco Roſcidus ibat equo.

Pallorem albi flauique copula generat. ſplendidus albo adiunctus, cum plurima nigredine ob fuſcum, cœruleum efficit colorem. qui Actuario Venetus etiam dicitur, his verbis. Venetus vel cæruleus dicas, color omnibus vt arbitror notus eſt, qui ex puro albo, atque nigro æqua portione permixtis gignitur. & ſi id ipſum etiam ſenſu velis noſcere, ceruſſam, vel albiſsimam calcem, vel aliquid aliud ſimile, atramēto, vel pici, vel bitumini, alijsque, ſynceris nigris ſi miſcueris æquis ponderibus: venetum colorem eo modo productum videris. hactenus Actuarius ex Iulij Alexandrini interpretatione: is eſt color qui ſerenum repreſentat Cœlum ac pacatum, tranquillumque vt Virgilius teſtatur.

Fonteſque, fluuioſq. voco quæque ætheris alti
Religio, & quæ Cæruleo ſunt numina ponto.

Fronto autem apud Gellium dicebat. Neque non potuit Vergilius colorem equi ſignificare viridem volens, cœruleum magis dicere equum, quā Glaucum: ſed maluit verbo vti notiore græco, quā inuſitato latino. noſtris autem latinis veteribus Cœſia dicta eſt, quæ à græcis γλαυκῶπις vt Higidius ait, de colore cœli, quaſi cœlia. Deinceps Plato Glaucum ex cæruleo

 & albo

& albo mixtis creari affirmat. & nil miri eſt, ſi Virgilius, vt ex Gellio modò diximus; dixit cæruleum equum, & Glaucum etiam: & marę Glaucum. Protinus Plato Viridem colorem ex fului, nigrique temperie oriri ſtatuit. de quo ſic egit Actuarius. Viridium igitur colorum, alius alius eſt, vt qui in folijs braſicę, alius vt qui i folijs graminis, eruginæ, & ſmaragdo, ita vt ex his acceperint appellationem. Cœteri autem Platoni colores, ex his generantur, vt potè ex iſtorum mixtura. quæ non exacte deffiniri poteſt. Cum itaque ſic Platoni fiant colores, non erit difficile ſi Platonis de cometis opinionem, ex Olympiodoro acceptam recordemur, ac in memoriam deduxerimus: quomodo in ipſis fiat color, ac appareat, ſciemus. Dicebamus enim ex Platonis ſententia Cometen, ſextum eſſe Planetam. quod ſi hoc eſt, ſequatur eſt neceſſe, vt præter fulgorem, quē poſsidet, ac naturaliter ſextus Planeta habet, nullum per ſe poſsit alium habere colorem. Igitur varietatis colorum cauſſas, quæ in Cometis apparet non in Cometæ corpus referre poterimus, ſed in ſubpoſito æthere. vt quomodo ſit ipſe, vel a rotatione orbiū, vel à vaporibus illuc delatis affectus, talis fiat color, & colorum apparentia. vt in ſole, & luna videmus, cum aer, & caliginoſus, & vaporibus craſsis, turbidiſque, vel ſiccis eſt refertus. quæ duo corpora, vel rubida ſatis, vel pallida conſpiciuntur: & maiora etiam in ipſorum ortu, ac occultatione viſuntur, ob eandē cauſſam. At cum iſtam opinionem ſupra reiecerimus, vt potè quæ nec probabilis ſit, & longe à veritate diſſentiat, ac digrediatur: non eſt, vt multis in præſentia, quod oſtenſum eſt, demōſtremus ne eandem cantilenam; ut eſt apud Terentium recantare uidear. At illud Pol haud tacuero; quod ſi ita colores efformarē-tur, diutius conſiſtere minime ualerent, ut in Iridis coloribus uidemus. quando & uapores diſsipantur, & aer ſemper agitatur unde neque per noctem vnam, poſſet iſtiuſmodi Cometes apparere, non ſolum per menſes & annum; vt de xiphio Comete diximus. igitur relicto Platone, ad Aſtrologos accedamus. & quomodo ex ipſorum fonte Cometes colorentur, in pro patulo ponamus.

Quomodo

Quomodo Cometes colorentur apud Aſtrologos. Cap. XIII.

CVM ſeptem ſint ſydera, quæ Planetæ, ut ſupra monſtrauimus dicuntur. unumquodque ſydus, & proprium motum, colorem, & qualitates habet. ex quibus poſtea, augentur, uel diminuuntur ipſorum uires. quæ etiam ex aſpectuũ diuerſitate uariantur: a quibus denique influxus creantur: & in hæc inferiora, caduca ve immituntur. qui uel benè, aut malè affecti, non ratione materiæ, & ſubiecti in quem uires intendũt ſydera: ſed propria forma ac uirtute. quoniam ut Ptholemeus eſt auctor ſaturni ſydus (ut a primo poſt ſtellatum cœlum incipiam:) eſt frigidum & ſiccum: melancholiæ præſidens. & ut ait Maternus. Saturnus eſt natura frigidus, & ſiccus: ex accidẽti uerò quãdoque humidus, obſcurus, aſper, grauis, fetidus, uorax, tenax, multæ cogitationis, altæque memoriæ. & multa alia ſubiectit: quæ eſt immitatus Pontanus.

Vltima ſorte ſenex locum poſsidet. ultimus auras
Ambit, & æterno contriſtat frigore terras.
Nigra ſeni facies, tardus gradus, horrida barba,
Et cani crines, & membra effeta ſenecta.

& poſt multa.

Vltimus extremo torpet Saturnus in orbe.
Hic propè terdenis mundum vertentibus annis
Ambit, & in parteis quas liquerat ante reuertens;
Percurrit tardis cœli momenta quadrigis.
Pallidus ac duros affert mortalibus annos.

Itaque cum talis ſit natura, & malignitate redundet; opus eſt ut influens uires ipſius, in exhalationem ſiccam, (ex qua Cometæ etiam Ptholemeo, & Manilio, & Firmico, gignuntur.) accedatur & Saturni colorem referat Cometes; & etiam ſuas uires, & malitiam. qui color uel ſubniger eſt (niger enim uideri nequit, ut eſt ſupra dictum) uel ſub uiridis: nam nec uiridis color in nocte uideri poteſt, ob ipſius opacitatem, cum ab aduſtione gignatur ut niger, non autem tam exacta, & completa. nam uiridis color ex fuluo & nigro oritur, ut ex Platone diximus. ſequitur

quitur poſt Saturnum Iupiter. cuius Cometa albedinem refert ut Ptholemeus eſt auctor. qui coloratur ut a Saturno fieri, & colorari Cometem diximus. ſcimus enim (ut ſupra dictum eſt,) ex Auerrois ſententia, proprium ſyderum eſſe, non ſolum attrahere exhalationem, ſed & ignire. Vnde cum Iouis ſydus, ſit ut ait Iulius Firmicus natura calidum & humidum, ſed adeo temperatum; ut eius propria uirtus ad mortalium corpora nutrienda, ac per multiplices nepotum ſoboles propaganda, ſtabili fatorum decreto ſit accomodata. & de ipſo ſic Pontanus dicebat.

Clara Ioui facies, ac lumine ſydus amico,
Biſſenisq. annis Biſſena relabitur aſtra.

Martis uerò Cometes erit ex Ptholemeo Rubidus. cum Mars ſit calidus & ſiccus, iracundus, uehemens: incitara ſæpius iracūdia præceps. qua de re, & de ipſius per Zodiacum motu, ſic Iouianus Pontanus dicebat.

Bis Cererem legit meſſor, Bis vinitor vuas
Dum bis ſex rutilus percurrit ſydera Mauors,
Mauors arma ferens, & triſtia crimina belli.

Veneris autem Cometes eſt aurei coloris, nam natura ipſius ſtellæ eſt frigida & humida, ſed tamen ut dicit Maternus, adeo tēperata, ut matutino præcipue exortu, rorem infundat mortalibus genitalem: quo non animantia ſolùm ad multimodam accomodantur generationem: ſed etiam uirentia in uarios cōceptus diſponuntur quapropter de Venere ſic loquebatur Pōtanus.

Timbreas paulo ante rotas, Venus aurea metam
Attingit, cupidas acuens in pectore curas,
Siue diem laeto ſecum fert roſcida vultu,
Seu noctem heſperijs decedens ſuſcitat vndis.

& Horatius eius naturam ſignificare uolens.

Siue tu mauis Erycina ridens
Quam iocus circumuolat, & cupido.

& etiam Catullus.

Non diu remoratus es
Iam venis. Bona te Venus
Iuuerit, quoniam palam
Quod cupis, capis, & bonum
Non abſcondis amorem.
At marita tuum tamen

Cælites,

Celites, nihilominus
Pulchra res: neque te Venus
Negligit.

Mercurii uerò Comatum ſydus uerſicoloris eſt, ut ait Ptholemeus, nam Mercurii natura cum ſit frigida, & ſicca; potius ut inquit Maternus, uelox, inſtabilis, cum malis ſyderibus prauus eſt Mercurius, uerſipellex, deceptor, & fraudis doliq́ue inuentor. idcirco & talis ipſius Cometes eſt in colore uarius. at Mercurii natura, ſic a Pontano exprimitur.

Hanc cum properante celer Cyllenius ante it
Ipſe quidem ad cauſſas, & linguæ promptior arma.

Cuius ſyderis etiam deſcriptio, apud Horatium extat.

Mercuri facundæ Nepos Atlantis
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti cantus, & decoræ
More paleſtre.

Te canam Magni Iouis, & Deorum
Nuntium, curuæq́ue lyræ parentem,
Callidum quicquid placuit iocoſo
Condere furto.

Te Boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, Puerum minaci
Voce dum tenet, viduus pharetra,
Riſit Apollo.

Quin & Atridas duce te ſuperbos
Ilio diues Priamo relicto,
Teſſalosq́ue igneis, & iniqua Troiæ
Caſtra refellit.

Tu pias loetis animas reponis
Sedibus, virgaq́ue leuem coerces,
Aurea turbam, ſuperis deorum.
Gratus & imis.

Quæ omnia etiam poſſunt, & de Sole dici, ut ait Macrobius: at tamen & de ſtella Mercurij valde accomodantur. cum ſit eloquentiæ pater Mercurius: eo quia ex Materni ſententia enthymemata, ſyllogiſmi, inductiones, ſophyſmata, Poetica, Muſica aſtrorũ peritia, & totius Mateſeos perſcrutatio, ipſi tribuatur. quinctiam, & uaticinium, ſortilegium, mercatura, augurium

rium oratores, & rerum occultarum, ſecretarumque inuentores ac furta, & fures, ipſi donātur. Vnde eius imago alii in Clypeo, & Talaria habet; nam uerba & alata ſunt, & pernicioſa facundia: ut Heraclides ponticus docet. igitur & Cometæ Mercuriales (ut Ptholemei uerbo utar,) uarii ſunt. ſimili modo & Sol, & Luna ſuos habent Cometes iuxta Aſtrologorum ſententiam & ab ipſis colorem, & uires accipiunt. ut aureus ſit, & uerè fulgidus ſolaris Cometes, & argenteus Lunaris.

Aſtrologorum opinio damnatur. Cap. XIIII.

COeterum hæc Aſtrologorum ſententia, multis modis cadit: quoniam nullum ſydus ex Ariſt. ſententia eſt luminoſum, Sole excepto; quamuis ſtoici, & cum eis Cicero, & Macrobius aliter, ſentiant. fidem autem faciunt Lunæ, Veneris, & Mercurii ecclypſes, quod non ſint luminoſa corpora, niſi eo modo; quem ſupra ex Auennathæ ſententia diximus. Cœtera uero ſydera defectiones id circo non patiuntur; quoniā Conus umbræ telluris qui Pyramidē refert, tam altè non aſcendit. cùm igitur haud ſint luminoſa proprio lumine, uim magnā adeo habere non poſſunt, ut poſsint materiam illā colorare, quę etiam ab ipſorum motu, & lumine accenditur. & profectò ridiculum putamus, ut ſydera ſint malefica aliqua, aliqua uerò benefica: quando ut notat Auerr. & ante eum Ariſt. ſtellæ omnes ſint eiuſdem ſpeciei: neque inter ſe niſi magnitudine uel paruitate differunt. & quamuis Planetæ ſcintillent, ſit ut diximus ex diſtantiæ ratione, ut ex Euclidis optica doceri poteſt. neque poſſunt eſſe ſydera fortunata, uel infortunata; cùm in ſempiternis non ſit neque malum, neque peccatum. & ſi hoc eſſet, uel eſſet ex parte materiæ, uel ex forma, uel ex motu. ex materia eſſe nō poteſt, etiam ſi materia Cœli eſſet, ut uoluit Egidius Romanus eiuſdem ſpeciei cum materia horum inferiorum, quoniam nullum actum habet, & ſolum potentiam ad localem motum. neque poteſt eſſe ex forma nobiliſsima quam habent. neq; etiā ex motu cum ſit circularis, non tantum perfectus, ſed omnium motuū perfectiſsimus. At ſi quis obiiciat Diui Pauli Apoſtoli

illud, quod ſtella, á ſtella diſert claritate; Vnde ſi circa claritatẽ diſcrimen habent, multo magis circa uires. huic obiectioni. Reſpondet Picus Mirandulanus Comes. quod uerum eſt, quod ſtella, a ſtella claritate differt; materia ipſarum denſa, uel rara exiſtente, in qua magis, minusve imprimitur lumen. & quando ſydera habeant, uniuerſalem motum, & ſuum proprium; ſic uerè in nos agunt, calfaciendo, exiccando, & alias primas qualitates imprimendo. quod affabrè in Luna dignoſcitur. ſiquidem, (ut in ſuperioribus eſt adnotatum) cum ipſius corpus à Sole reſpicitur, ita & uariatur, prout a Sole illuminatur. hinc fit, ut Cato inquit; ut circa animantia & plantas, uarii gignantur affectus. nam aere ex ipſius lumine exicatto, & terra: exiccantur & ſucci excrementoſi, qui ad plantas, animaliaque nutrienda accipiuntur. unde & dolores in impuris corporibus fiunt; & alia quæ quottidie experiuntur. creſcunt & medullæ & cerebrum in animalibus: non influxu, ſed luminis defectu. unde aer cum magis humiditate ex natura polleat, & uigeat ſuum naturale robur, & firmitas; hanc eandem in corpora imprimens: & coxendici cruciatus augentur, & articulorum dolores. ſi uero quis adhuc obiiciat, quod Hypp. ſydera obſeruarit: hoc fatemur. ſed eatenus ſydera obſeruauit Hypp. quatenus temporum uiciſsitudines declarant, ac demonſtrant: ut lippis & tonſoribus in eius doctrina uerſatis, eſt manifeſtum. ſi autem & rurſum quis dicat. Gal. iudiciales uocatos dies in Lunæ motum redegiſſe dicimus huic negotio a pluribus eſſe ſatisfactum. ut a Fracaſtorio, & aliis. quamuis etiam ipſe in re hac, (parcant mihi Doctiſsimi uiri manes) plurimum allucinetur: referens decretorium motum ad atrae bilis motum. neque etiã negaret Gal. hoſce dies referri ad totius Mundi motum, qui fit a primo mobili, quem ſequitur ſol tanquam Rex quidam, & Solis motum ſequitur Luna, ut facillime poſſet, (ſi hic locus eſſet) demonſtrari quare nec Galenus deuiat a ſuo Hypp. quãuis Hypp. referat hunc motum ad mundi totius motum Gal. uero ad Lunæ motiones. & quia paruus mundus cum maiore ſimpathiam habet & conſenſum. ſequitur, ut ſi noſtra natura moueatur per iudiciales uocatos dies, etiam ſi Lunæ motiones ſequatur, ut ait Gal. ſequatur & mundi totius motum ut eſt ſtatutum ab Hypp. ſi uerò adhuc quiſpiam mordicus inſtaret. Martiſq́.

tisq. ſydus rubeum eſſe diceret, cõtra Iouis & Veneris. Hoc ad materiam quæ lumen recipit eſt referendum. nam magis denſa, rubeum monſtrat colorem, minus uerò aureum. quod uel ſpeculorum exemplo facile percipitur. nam quæ denſa magis fiũt, & colorem uarium habent, a minus denſis; & etiam ſolares radios ad eò uiolenter refrangit, ut poſsit in diſpoſitam materiam ignem accendere, & etiam corpora comburere. ut experientia manifeſtum ac comprobatum fuit. Cùm enim Turcharum Imperator Solimanus Viẽnam obſidione cingeret, & eſſet ab Auguſto Cæſare Carolo Qeinto fugatus. dum Viennæ inuicem leui ſchiomachia exercerentur milites: quidam experiundi gratia cùm concauum ſpeculum ita ad Solis radios conuertiſſet, ut reflexio quæ ex ipſius radiis prodibat, in militis leuem armaturam terminaret, ita eſt leuis armatura ignita, ut & ueſtes, & carnem combureret. & alii milites rem neſcientes, ob militis ſcelera, & dira facinora, ignem cœlitus eueniſſe fatebantur. quare etiam eſt fatendum, ita ſyderum materiam eſſe inter ſtellas diſpoſitam, ut lumen, uel maius uel minus à Sole recipiant ſtellæ, & etiam ex lumine colorem. & in hæc inferiora non influendi, & Cometes colorandi gratia lumen immittere. ſed ut animantia, & cœtera uitam, conſeruationem, ac generationem habeant. Quæ ſydera non a ſua natura, ſed ab orbe mouentur: orbis uerò a ſua intelligeutia; quæ ei præſidet, ut Nauta nauigio. & orbis intelligentia, nihil aliud eſt, niſi uocatus a nobis Angelus. apud enim Peripatheticos, non ſolum Angelus uocatur intelligentia ſeparata, ſed & Deus Opt. Max. ac omni gloria & benedictione affluens & exuberans. tamen uocatur prima intelligentia, quæ libera eſt, ut Auerr. ait, a potentia omnino, & ſimpliciter: cum aliæ non ſint a potentĩa liberæ: immo aliquid materiæ ſimile habent, & aliquid formæ ſimile. quapropter Platonicis animalia dicuutur: & etiam a Mercurio triſmegiſto, Diuo Baſilio Origene Gcegorio, & ante hos Diniſio Areopagita. uocant etiam has intelligentias, animalia & ſecretiores Theologi, ſiue (ut uerbo eorum utar) Chabaliſtæ, ut Archãgelus Burgonouenſis teſtatur. quæ intelligentiæ, ut diligentiſſimè Marcus Antonius Natta ſcribit non ſolum præſunt orbibus: ſed ante Dei Opt. Max. tribunal ſtantes, ipſum continuo laudant & magniſaciunt. alii uero noſtri ſunt cuſtodes. alii ut

ſecretiores Theologi ſciūt;lapillis,brutis,herbis, & oībus creatis pręſunt,igitur nō ſunt ſydera quæ orbē regāt,ſed ſunt Angeli qui intelligentiæ dicūtur,in miniſteriū à ſummo opifice Deo ut Diuus Paulus ait miſsi.Vnde ſydera materię rōne minus vel magis luminoſa ſunt.at ſi Aſtrologis concederetur quod ſydera (vt eſt verū) materiā ſiccā, vel humidā exhalationē attrahant, & illā accēdant:quomodo poteſt illā colorare?reſpondeat Ptholemeus. uel eſt referenda cauſſa in materiam, uel in agentem. ſi in agentem,ut ipſe ait iam eſt oſtenſum, quod ſtella non differt à ſtella ſpecie.neque lumen Martis à Saturni, vel Iouis lumine niſi ſecundum exceſſum & deffectum, differt. igitur ſi accēdatur materia vſtibilis, tam accenditur, à maiori, quàm à minori lumine,diſcrimine tantum poſito circa agēdi tempus.nam multa palea accenditur, & à parua flamma, & à magna: à magna, citius,à parua.non æque citius.ſic in Cometis a ſimili dicere licet. ſi verò hoc ab agente non fiat; ſed ſolum materiæ ratione. fiat: tunc quoniā materia, à materia ſpecificè differt: colores prout materia erit ſiue humida, ſiue ſicca,varij erūt.igitur mareria colores uariare poteſt, agens vero nequaquā. ſed ſi quis pro Ptholemeo inſtaret: quod talis materia,& talis,à tali determinatè ſydere, attrahatur: ut puta materia magis terreſtris à Saturno, magis pura à Venere & Ioue, mediocriter affecta à Marte. Vnde tunc ratione talis materiæ attractæ, ſubuiridis color in Saturni Comete, Rubeus in Martis, Aureus in Veneris, pallidus in Iouis, Mixtus in Mercurij comete cōſpiceretur.id neceſſum foret & ſequeretur, quod corpora illa electione agerēt: & tūc corpus ſydereum, eſſet animal rationale. quod valde abſurdū eſt. uel agerēt cœca abditaque natura, vt lapis Herculeus in ferri attractione facit, & Rabarbarbarbarum, ac Scamoniū in bilis attractione, & purgatione. quod etiam dici non debet;quando nulla cadat inter caduca corpora, & æterna ſimilitudo, & conſenſus; niſi is, qui lumine, & motu, mediantibus fit ut Peripatheticis omnibus eſt viſum: & etiam Pico Mirandulenſi comiti; ut interim prætermittam quæ ex Phaorini verbis dici poſſent. lapis enim Herculeus, ſiue defluxu mediante attrahat ferrum, vt Democritus apud Alexādrum Aphrodiſienſem ait. cū apud ipſum ex ſimilibus attomis, & ferrū, & Herculeus lapis conſtēt. eſt inter eos proportio nā dicebat ipſe, tenuiores attomos lapi-

dem

dem conſtruere: vnde rarior, & pluribus vacuitatibus plenior lapis erat, ferro: a quibus attractio fiebat. quoniam defluxus qui à lapidis corpore, in ferrum defluunt, efficere haud valent, vt ferrum, lapidem alliciat, quoniam ferrum ob denſitatem, deflu xus illos haud recipit. at lapis cum maioribus meatibus, inſi gnioribusque, ſcateat, in quibus ferri defluxus recipiuntur; & cum ſunt recepti ferrum ad ſerapit lapis: at ſi alleum, ſuper lapidem, vel ferrum ducatur, non fit attractio, ſtipatis meatibus, deffluxione prohibita: quod cum à Conciliatore eſſet experiẽ tia comprobatum, verum experimentũ non fuit: ſed bene attra ctio nequaquam fiet, ſi lapis, vel ferrum hircino ſanguine tinga tur. Diogenes verò Apolloniates putat hoc ob humiditatem, quam corpora extra ſe effundunt, euenire. & plurima cùm à metallis effundatur, præſertim à ferro: & a lapide Herculeo, pauca: ſed multa attrahatur; attrahi. etiam corpus ex quo humi ditas prouenit, & ſic magnes ferrũ attrahit, ac rapit. vel ẽt attra ctio fit, vt Hieronymo Fracaſtorio placet ſpiritualibus ſpecie bus mediantibus, quæ ſubſtantiæ herent. aut ratione caloris, vt Concilatoris ſententia fuit. vel fit vt nos putamus ob differen tias, quæ inmediatè ad rei formàm conſequuntur: quæ nomine carent. quæ cum aliis differentijs cum habeant ſimpathiam, vel (vt Galeni verbo utar) ſimilitudinem; attractionem moliuntur. cuius ſententiæ fuerunt & Fernelius, & ante eum Serapio. ſic lupinum iecur humanum iuuat, & Vulpis pulmo humano pul moni auxiliatur & Cameli cerebrum comitialibus prodeſt. & ob diſsimilitudinem cantharides veſicam exulcerant: ſardoni cus bulbus muſculorum oris contractionem, ac conuulſionem facit. quæ differentiæ abſq. medio à forma ſunt productæ; & ex quibus fit attractio, quùm à lapide Herculeo, tũ & à Rabar barbo, & ſcamonio: non autem vt Auicennæ alioquin Diui niſsimo viro & Meſueo viſũ eſt. quæ ut receptui canamus vna ex his opus eſſet vt inter aſtrum, & materiam exhalatam cade ret: alioquin quomodo poſſent Cometę ita diſponi? quapropter dicendum eſt non poſſe Cometas à Planetis colorari.

De

De uera Cometarum Coloratione. Cap. XV.

COlorantur itaque Cometæ, non vt alia corpora, quæ colorem in ſuperficie habent: & ex ipſorum corporũ coloratorum natura color ipſis ineſt: nempe ex ipſorum generatione. vt ea quæ magis aerem, & aquam ſequuntur alba fiant: quę ignem flaua: quæ terram nigra. nàm colorẽ ex elementis fieri, vt cœtera fiunt eſt neceſſe. ſed cum niger color à tellure fiat, non ita accipere opus eſt, ut à ſimplici terra fiat: quoniã & tellus alba exiſtit, ut cinis indicat. nàm exuſto colore, qui in ligno & corpore combuſtibili erat, tunc cinis albus euadit; nõ tamen cinis ex omni parte albus eſt; eo quia tincturam à fumo accepit, quod ex eo perſpicitur, quoniam lixiuium coloratur, & flauum redditur: flãmeo, & nigro aquam colorante. niger autem color tunc fit; quando corpus aliquod ex elementorum trãſmutatione fit, & in eo magis opacum quam perſpicuum dominatur, ut terra eſt, alia enim elementa, ut aqua, aer, ignis perſpicua ſunt: ſed ignis, & aer magis quã aqua. ea enimuero perſpicua dicimus, quæ, ut Alex. Aphrodieſienſis, ait proprio carent colore: vt ſunt corpora omnia, quæ diaphana perſpicua, translucida, & traſparẽtia dicũtur, qualia ſunt aer, aqua, ignis, & vitrum, chriſtallum, glacies, & quidam lapides. & perſpicuorum eſt una natura, ut Ariſt. ait, quæ eſt omnibus cõmunis, ſiue is ſit aer, vel ignis, ſiue aqua, aut alia corpora mixta; & ſeparata non eſt; & ſi aliqua corpora, hanc proprietatẽ, vel magis, vel minus habeant. igitur color erit extremum perſpicui in determinato corpore: cum ſit color forma, & actus corporis colorati, vt inquit Diuus Thomas. quoniam ueluti corpus extremũ habet, ita & perſpicuum. qui tamen color corpus nequaquam eſt, ſed eſt unũ quod corporibus accidit. vnde Pytagoras malę deceptus, corporis ſuperficiem, colorem vocabat. at eſt benè color in ſuperficie. Cuius quidem vt dixi ex Ariſt. ſententia, duo ſunt prima genera, nempe niger, & albus. ater vero, color fit quotiens miſcetur terra, quam ex Auerr. ſententia diximus corpus eſſe adeo opacum, quod nihil de perſpicuo habet, cum igne

turbido.

turbido. è contra autem albus color, qui fit ex igne claro, & ele mēto valde diaphano quod elemētum aer eſt. unde nil miri eſt, ſi niger color viſionem congreget, candor verò diſgreget. nàm magis viſionem offendunt ea, quæ magis lucida ſunt, quàm ea quæ atra. ex quibus eorum error manifeſtus fit, qui magis oculos à uiridi colore quàm à nigro corroborari ſtatuunt. & ſi magis oblectetur animus in viridi colore, quam in atro ob ſuperius aſsignatas cauſſas. corroborantur etiam oculi a uiridi colore, quoniam viridis color, cōſtat ex maiore nigri portione, quā candidi. ſi quidem manifeſtum eſt, quod alia quinque colorum genera (ſeptem enim colorum ſunt genera, ut Ariſt. Thpeohraſtus, & reliqui Peripathetici ſtatuunt.) ex duobus iſtis generibus inter ſe mixtis, vt ait Auerr. ſiunt. ſunt autem iſta ſeptem genera, vt ait Alex. Aphrod. Albus, Niger, Fuſcus, Puniceus, Purpureus, Viridis, Ceruleus. Flauus verò ad album refertur. ſi verò quis contendat flauum eſſe coloris genus: inquit Alex. non erit reclamandum, tamen fuſcus ſub nigro colore continebitur. Cœterum cum ex iſtis infinita penè colorum multitudo oriatur, non differunt inter ſe niſi maioris, minoriſve ratione, vt Puniceus, & Violaceus. vnde fit fuſcus color, quādo æqualiter miſcentur; & albus, & niger. Puniceus verò cum niger miſcetur, cum albo luminoſo. nam quod ab igne emicat, talis euadit coloris. cum luminoſum corpus, nō ſolum poſsit aliquod corpus puniceum facere, ſed album: & rurſum alia nigra. cauſſa autem eſt, vt ait Ariſt. quoniam luminoſum corpus, nempe Sol eximendo nimium humorem, qui præhumidus, propter humoris terrei mixtionē, eſt. corpora quæ hac humiditate priuantur, candefiunt; vt in cera, & oleo manifeſtū eſt. ſi vero in corporibus non adſit illa humiditas excrementitia, & terrea: tunc aduruntur, & atro afficiuntur colore; vt corporibus noſtris accidit, cum ſub Sole ſtamus. ſed non eſt hæc cauſſa, qnod homines in ſenectute nigrificant, etiam ſi ſub Dio non viuant, ſed cùm ſenectus ſit quædam putredo, (quoniam vt Comicus dicebat, ſenectus ipſa morbus eſt.) quæ putreſcunt nigra fiunt; ſitu, excepto: qui cum fiat locis vliginoſis, humidiſque, ſemper albior & candidior euadit. ad hęc ait Ariſt. cum ſanguis ſenectute ſicceſcat, ſit ut ſenum cutis, ſicca, & nigricās euadat. Purpureus verò color, ex igne non ita claro, & terræ portione commixtis,

ſiue

ſiue ex albo non adeo candido, & nigro fit: vt in multis demõſtrari poteſt quãdo ſanguis qui Purpureus Homero eſt dictus, vt ſupra adnotauimus, fiat ex Chylo. (ſic enim medici appellãt ſuccum, qui in ventriculo ex cibis fit) & ab epate attrahitur, meſaraicis venis mediantibus. ſuccus enim iſte albus eſt, & tranſmutatur in ſanguinẽ à iecore: ab ipſo enimuerò membro perfectionẽ accipit. quamuis illæ venulæ, paruaque vaſcula, quãdam ruboris tincturam Chylo condonent. qui per vlteriorem coctionem ſanguis euadit: quæ perfecta coctio fit in iocinore. ſic & de Purpureo ſtatuendum. dicebat enim Plato, fieri Purpureum ex albo rubeo, & nigro. qui ſi loquatur Peripatheticè, poteſt in medium promere ex igne nõ claro, & nigro. ut ignis ille non clarus, ſit albus rubeus. ſic enim iſte color fit Peripatheticis. de quo cum Platonis opinionem exponeremus, non ſolum diximus; ſed & eius multas ſpecies, ex Phaorino, & Frõtone, apud Gellium enumerauimus. At Puniceus color fit, (vt de eo cum de Iride verba fecimus diximus.) quando albus fulgidus, nigro aquoſo permiſcetur. tunc enim iſte color euadit, qui violæ floris colorem repræſentat. videmus enimuerò vere violas, quæ quando ortum habent, albedinem quandam præſeferunt: deinde in puniceum colorem coctione mediante euadunt. reſoluitur enim aquea illa humiditas, quæ album colorem facit, & magis coquitur, & ſic in puniceum tranſit colorẽ. at color Puniceus ſplendidus in roſis puniceis uiſitur, qui & rutilus eſt. de quibus ſic Virgilius.

Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis
Iudicio noſtro, tantum tibi cedit Amyntas.

Si quis album fulgidũ negare auſus erit, uideat albas roſas, quæ iſto fulgido albo ita redundant, ut uideatur quædam in ipſis reſidere rubedo. Viridis autem color, ex albo flaueſcente fit, & nigro non aduſto: ſiue ex igne, & terra: igne quidem mediocriter affecto, & terra non multum opaca. cuius quidem coloris, non eſt unicum diſcrimen, ſecundum maioris, minoriſq. rationem: ut in braſica uidemus, gramine, Buxo, & oliuarum foliis. unde Braſicæ color Galeno dicitur χλωρωε, & ante eũ Hyp. uidentur enim iſta diſcrimina in pluribus plantis. aliquæ ſunt in albo uirides, ut Saluia, ſtachis, diptamnum creticum, pullegium, polium & ſimiles plures plantæ aliæ in nigro uiridẽ oſtẽ-

dunt

dunt colorem, vt platago, elleborus niger, hedera, vrtica, lupus ſalictarius, & Pauli Aeginetæ lepidium; aliæ in flauo virides ſunt, vt gentiana, maior, & minor, ros marinus coronarius, rabarbarum, raponticum, papauer ſpumeum. aliæ in purpureo herbaceum colorem demonſtrant; vt Ciclamen, Cothilidon, ſiue Veneris vmbilicus, Thelephitũ. aliæ, in fuſco uirides ſunt, vt Aloes, abſinthium ſanthonicum, & quædam lunariæ, adeo eſt mira huiuſce coloris fertilitas, ac varietas. neque enim vt Plato ait, poteſt quis exactè colorum mixtiones cognoſcere. An vero in terra ſint omnes colores, vt ſapores ſunt, dificile eſt iudicare ſcimus enim roſam, Roſæ ſuccũ attrahere, vt inquit Hypp. veluti, & alleum, abſynthium, & Aloes, & coſtus amarus, & Meũ, & oẽs deniq. plãtæ ſuum propriũ ſuccũ à terra attrahunt. & videmus in eodẽ ſolo, & abſynthiũ amarum eſſe, & glyciriz zam dulcem, & Aloem amariſsimum, & alleum acre, vt amarũ etiam coſtum, Meum odoratũ & ſuaue. quare rectè ab Hypp. bonarum artium inuentore tellurem omnigenos ſapores in ſe continere eſt ſcriptum. nempè dulcem, amarum, ſalſum, acrẽ, auſterum, acerbum, & acutum: & ſi quem ex iſtis fieri conſpiciamus; vt obeſum & pinguẽs ex dulci. At Theophraſtus non fatetur terram alicuius ſaporis eſſe: dicit tamen humores ſaporũ intrà terram eſſe, ſi igitur terra ſapores intra ſe habet, cur & nõ colores? videmus enim in terra, aurum, argentum, calibem, aes, plumbum hydargironq. naſci, quin & ſulphur, bittumen, oleũ & quaſdam terras colore infectas, vt ſunt bolus armena, ochra, miniũ, rubrica ſynopicà, & ceruleus color, qui primùm Alexãdriæ, vt inquit Vitruuius eſt inuentus. ſi itaq. reperiuntur iſti colores, qui à Danielle Barbaro etiam minerales dicuntur; cur eſt quod in terra non ſint omnigeni colores non video. Stillicidia enim, & aquarũ mediocris ſtagnatio, ſi in umbroſis locis fiant, aqua exiccata apparet ſolũ herbacei coloris, deinde tractu temporis etiam punicea euadit, poſtea nigricat. qui colores non fierent, niſi in terra eſſet quid, quod colorem ſaperet omnigenum. at fit tranſitus de uno in alterum colorem ſæpe, ut in malo punica videre licet. flores enim ſunt purpurei, ſed clara purpura tincti, deinde fit malus punica herbacei coloris, acini uerò punicei ab initio, deinde albicantes, temporis poſtea interuentu, & punicei acini euadunt, & cortex. quæ nam eſt iſtius diuer-

N ſitatis

ſitatis ratio, niſi coctio, & humoris abundantia? primò enim cum humor modicus ſit coquitur at cum multus, nutrire poſtea malum punicum ſtatuat:calor illud ſuperfluum alimentum excoquere nequit,unde relinquatur color herbaceus eſt neceſſe: ſed tractu temporis, calor ſit validior, & humor magis ac magis excoquitur, & ſic alius color ſit. quod non ſolum in malo punico uidere poſſumus, ſed in floribus, & herbis omnibus. ſimili modo in autumno frondes ex viridi colore purpureæ fiunt:deficiente humore, ob ſucci reconcentrationem: quæ ab ambienſe ſit aere, unde calor poteſt & excoquere humorem, & quodammodo aſſare, & ſic colore illo purpureo colorantur. ait aucta recōcetratione, aduentante hyeme, calor euaneſcit, & ſic pallidulæ frondes fiunt. vt hominum corpora in metu, & morbo. in metu calor ſua petit principia: in morbis, & ſanguis reſoluitur, & exiccatur, & ſpiritus diſsipantur; unde pallida exanguiaq. corpora redduntur. deficiente verò omnimodè humore, deficit etiam calor, & ſic folia decidunt. at in aliquibus plantis, non decidunt folia, etiam ſi ſicca fuerint. & eſt ratiò, quoniam adeo humor qui frondes alebat viſcidus, ut in folijs remanſerit & viſciditatis portio, quæ eas arboribus ita annexas conſeruat. ſunt vero & quædam arbores, ut oliua, laurus, pinus, iunipe- rus, ilex, hedera; ſunt & herbæ, vt eleborus niger, ruta, poliū, ſaluia, quæ ob caliditatem, qua Ioui frigido reſiſtunt, non ſolū frondes detinent, ſed & fructus.. inter quas plantas eſt etiam reponenda palma, qnæ ſi fœmina longe à mare plātetur adeo proximæ iſtæ arbores fiūt, ut coeant.Hinc tractum eſſe prouerbium apud Galenū cenſet Hieronymus Mercurialis:Phœnices amatores, at in aliquibus eſt maximum odium ut inter braſicā & vitem, inter rutam, & braſicam, inter laurum & vitem, ut ait Theopraſtus. putat Fracaſtorius iſtasanthipathias idcirco inter haſce plantas eſſe, quia ex eodem ſucco alātur. unde ſi quis braſicæ cimam præmanſerit, poteſt tuto magnos uini calices exiccare, & de poculorū magnitudine quottidie altercari. Ceruleus uero color, qui Cianeus dicitur, gignitur ex claro igne, & terra opacisſima. ſiue ex albo lucido: & exacto, nigro. qui color in pleriſq. floribus uiſitur, ut in Cicorij flore, & Ciano; cuius ſunt genera tria, nempe purpureum florem habens, albū, & ceruleum.colores ergo naturales iſto generantur modo. idcirco Pli-

co Plinius colores in duo redegit genera. dicebat equidẽ ipſe ſunt autem colores auſteri aut floridi: per auſteros intelligens illos colores, in quibus magis terræ portio, quàm ignis uiget. cõ trà per floridos. at floridi ex Plinio ſex ſunt, Minium, Armenium, Cynabaris, Chyſocolla, Indicum, Purpuriſſum. cœteri auſteri. ex omnibus uero iſtis, alij naſcuntur, alij fiunt. naſcuntur ſinopis rubrica, parhetonium, melinum, eretria, auripigmentum. cœteræ innumeræ ſpecies, ex his finguntur. & multi colores ex metallis parantur; ut cœruſſa, quæ ut in alium colorem tranſeat, comburitur. uiride æs, ſandaraca, ſyricum atramentum, ſandix. quæ ex Galeni teſtimonio nil aliud eſt, niſi aduſta cœruſſa, quam ſandicem ex Serapione Minium uocamus. de qua etiã meminit Virgil.

Ipſe ſed in pratis Acies iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutauit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.

Cœterum quæret quis, quomodo à corporibus proueniant colores. & an inter ipſos aliqua ſit præſtantia. breuiter reſpondemus, quod cum colores, ſapores, & odores, qui diſtinguuntur non ut ſapores, & colores in ſeptem genera, ſed in duo, ſcilicet in graue, & acutum, ex quibus omnes alii procreantur odores: fiant ex elementis: fit ut à totius ſubſtantiæ temperamento (quod eſt vnio, & mixtio ex elementis: nempe ex ſubſtantiis, & qualitatibus ipſorum: & non ex qualitatibus ſolis, ut ſtoici putabant) producantur, & emanent: quare ſemper aliquid circa ſubiectum deſignabunt in quo colores & ſapores reperiũtur. quoniam ut eſt auctor Auerr. accidentia plurimùm ad res cognoſcendas conducunt. unde non erit in corporum ſuperficie color, ut Pytagoras dicebat; ſed & in omni temperamento. ex quibus rurſus ſtoicorum, & aliorum error damnari poteſt: qui ex ſaporibus, coloribus, ac odoribus, nihil ſciri poſſe fatebãtur. At inter colores, uti inter ſapores, ac odores, etiam excellentiã quandam eſſe negare quis non audet. ſed qui nam ſint qui principatum teneant, difficile eſt iudicare. Bartholus Iuriſperitus iudicat aureum colorem principatum obtinere, eo quia magis eſt lucis particeps aureus color. ſecundum locum tenet purpureus, propter eandem cauſſam. tertium autem locum, ſibi uendicat ceruleus color: quia inquit Bartholus magis ignem in ip-

ſorum generationem habent, quam aliud elementũ. quam Bartholi ſentẽtiam, eſt ſequutus Bartholomeus Caſſaneus. ſed Clariſsimi hi Iuris periti valde allucinantur; quoniam ſi uera eſt ipſorum ſuppoſitio, tunc albus color omnibus præferri debet, qui conſtat ex puro, ac claro igne, & pauco opaco. deinde ſuccedent alij colores, qui magis clari ignis participes ſunt. vnde antiquitus, quæ conducebant, ac fauſta erant, lapillo notabantur albo, contra nefaſta nigro. ut Perſius hoc diſtico demonſtrauit.

Quæq. ſequenda forent, & quæ vitanda viciſsim
Illa prius Creta, mox hæc carbone notaſti.

Aureus autem color, cum conſtet ex igne non adeo claro, fieri non poteſt, ut magis excellat, quam albus color. ſi vero Clariſsimi iſti uiri, fuluum colorem tamquam ex auro prodeuntem cõſiderarũt, valde decepti ſunt. ſiquidem colores minime vt mineralia fiunt: nam colores ex elementis gignuntur, mineralia vero cum imperfecta ſint corpora. ex elementorum exhalationibus fiũt. & Aurum non ſolũ magis, magisq. hominum iudicio alia ĩperfecta corpora ſuperat, & inter ea excellit: ſed etiã ex ipſius generatione. quoniam, ut dicunt Albertus magnus, & Diuus Thomas aurũ ex ſicco, & humido ſubtiliſsimis generatur. quę cum ſint ſimilium partium, & homogenea, hinc eſt quod aurum liquatum magis probetur, nec minui poſsit. contrà cœtera metalla, quoniam ex humido magis impuro conſtant. & ideo liquata decreſcunt, vt argentum, ſtammum, aes, ferrum, & plumbum. Cur eſt igitur quod principatum tenent, & aurum inter metalla, & purpureus color inter colores? De auro iam diximus, propter ipſius excellentiã; quoniã tum ex effectibus, qui ab ipſo producuntur auro: tùm etiã ex generatione ipſius, & ex ſua parua, quæ copia eſt, cum cœtera metalla, longe magis abundent, & copioſa ſint aurum autem, non niſi difficulter haberi poſsit, & ſi reperiatur minima eius copia reperitur. ex generatione, quoniam uti diximus, ex ſicca adeo pura, & nitida exhalatione fit, vt difficulter conſumi poſsit aurũ. quod ſcit Phylippus Vlſtadius, qui aurũ potabile, non niſi ſumma induſtria, & maxima difficultate parat. Ex effectibus verò, quia ut ſunt auctores Auicẽna, Razes, & Serapio, mirè cordis morbis opitulatur & ſubuenit: animã exhilarat, & adeo mœſtitudines depellit ut

lit vt melancholicis etiam ſubueniat. quorum etiam ſententiam maximo verborum lepore Petrus Andreas Matheolus confirmat, dum ait. Aurum omnium metallorũ præcioſiſsimum, prę-ſtantiſsmũq., cum eius nuſquã quod extet meminerit Dioſcorides, crederem profectò non paucam naturæ rerum iniuriã a me illatam iri, ſi huius tã præcioſi metalli, cuius inextinguibili ſiti uniuerſus æſtuat mundus, hyſtoriã, & facultatem prætermiſſem. Quandoquidẽ ob ipſius ſplendeſcẽtẽ coloris nitorem, opinati ſunt naturę operũ indagatores, admirabiles auro ineſſe facultates, quibus homines non modo tueri poſsit, ſed & longe-uos reddere. Quapropter mirum non eſt, ſi ipſum tanti faciat mundus, & ante cœtera extollant homines. Auri itaque materiam nihil aliud eſſe ſcribunt, quam ſubſtantiæ elementariæ ſibi inuicem proportiones reſpondentes. Hæ autem ſimul cõmixtæ, cum pari ſint virtute confirmatæ, aliud ſanè gignere nequeunt, quam amicabilem quandam & optimam mixtionem, quæ fermentatione, & coctione perficitur. quo ſit, vt inde tam indoſſolubili nexu, uniantur, vt permanentes, & ferè indiſſolubiles fiant, adeo quod ſiue id eueniat, cœleſtium corporum influxu, aut temporis ui, aut ſagaciſsimæ naturæ opere, aut his omnibus unà concurrentibus, conuertuntur eędem ſubſtantiæ in hoc metallicum corpus, quod vocant aurũ. Hoc enim (vt diximus) ob ſui tùm ingentem temperiem, tum unitatem tum optimam mixtionem, adeo denſum euadit, quod non modo quandam communem conſequitur permanſionem, ſed incorruptibilem ferè temperiem, & cauſſam quandam ob quam ſuperflui nihil continere poſsit. Hinc igitur eſt, quod quamquam longioribus ſeculis, aurũ in terra, uel in aqua ſepultum permaneat, numquam rubiginem contrahit. ſicut in igne diutius permanẽs, non modo aliqua ex parte non comburitur; ſed & depuratius, & ſplendidius efficitur. ad hæc ob optimam ſui unitatem, nullo phlegmate, nulloque pingui redundat. ita ut perpetuo fulgeat, ſplendidiſsimumque perduret. Quinẽt tractantium manus nullo colore tingit, nẽpe croceo, aut nigro, quemadmodum cœtera faciunt metalla; neque etiam aliquo odore, aut ſapore guſtantium, aut olfacientium tum nares, tum palatum inficit. Aurum intus in corpus ſumptum, ſiue ex induſtria, ſiue inſciis deuorantibus, nullam penitus infert

infert noxam, ut complura faciunt metalla, ſed mirum in modum cor, & uitalem facultatem roborat. Quod Solis influxui acceptum plerique ſapiẽtes retulerunt. Quamobrem iure quidem dici poteſt, Aurum omnium metallorum præſtantiſsimum eſſe, ductile, colore lucido, illiq́ue perſimili, quo cuncta à Sole illuſtrantur. Inſuper propria quadam attractrice ui pollet, qua reſpicientium animos allicit, & diſponit, ut ab ipſis illico deſideretur. Vnde quidam exiſtimauerunt, auro proprias quamplurimas ineſſe dotes. Hactenus Matheolus, pulchram de Auro hyſtoriam recenſens. Ex quibus nil mirum uideri debet: ſi Bernardinus Caroccius Tudertinus, cognatus tuus, & Melitenſis eques: cum Turcarum captiuus, fugam paraſſet, & reliqui transfugæ ſecum reducti ultimo ſupplicio afficerentur, ipſe nedum nec ægritudinem, neque pauorẽ ſenſit, ſed hilaris ſemper, & forti animo manſit, nempe quia quaſdam aureas in ipſa fuga dragmas ingurgitauerat, a quibus cor tantum roboris ſuſcipiebat, ut neque etiam interitum formidaſſet, atque ita ſua ſpe minime fruſtatus euaſit. Cum igitur tanta ſit auri excellentia tantaq́ue præſtantia, & dignitas, quis eſt per hominum atque deorum fidem, qui aurum non amet, deſideret, exoptet, & maximè appetat? ſed utinam ut inquit Plinius, poſſet è uita in totum abdicari auri ſacra fames: proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſq́ue aurum, & ad perniciem uitæ repertum. ad quid reperti mucrones, enſes, ſcuta galeæ, cæteraq́ue armorum genera, niſi ob unius auri cupiditatem? quare non minus lepidè quàm ſcite ſic cecinit Tibullus.

Quis fuit horrendos primum qui protulit enſes?
Quam ferus, ac uere ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta uia eſt.
At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra,
Vertimus in ſæuas, quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuerunt,
Faginus adſtabat, cum Cyphus antè dapes.
Non arces, non vallus erat, ſummumq́ue petebat
Securus uarias dux gregis inter oues.

quod innuit etiam Lucanus cum dixit.

Impulit amentes auriq́ue cupidine cæcos

Ire

Ire ſuper gladios, ſuperque cadauera patrum,
Et cæſos calcare duces.

At ſi uerum fateri licet, auro cuncta obediunt, aurum colitur, non uirtus, non animi præſtantia, non ingenium. quod Propertius cognoſcens dicebat.

At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis,
Aurum omnes uicta iam pietate colunt,
Auro pulſa fides. Auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

At certè negari haud poteſt, Aurum non præcioſiſsimam rem eſſe, & metallorum omnium præclariſsimum: quamuis auari perditique homines, eius uſu abutantur. Cæterum eius pręſtantia etiam Virgilio celebratur. nam quando Aeneas à Didone hoſpitio ſuſceptus eſt, & Achatem ad Iulium miſiſſet: tulit Cupido, Iulii loco ad Didonem, pallam auro rigentem. ſic enim dicit.

Aeneas, (neque enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) rapidum ad nauem præmittit Achatem
Aſcanio ferat hæc, ipſumq. ad moenia ducat:
Omnis in Aſcanio Chari ſtat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam ſignis, auroque rigentem
Et circum textum croceo velamen acantho.

& magnitudinem Domus Regiæ Priami oſtendere uolens, & quantum ornamentis excelleret dicebat.

Auratasque trabes veterum decora alta parentum. & inferius.
Barbarico poſtes auro, ſpolijsq. ſuperbi.

Cum igitur ſit adeo præcioſum metallum aurum, fit ut ob ipſius excellentiam, & nitorem, multæ res auro comparētur. hinc eſt etiam, quod prima hominum ætas, quæ ſub Saturno, ut Heſiodus ait, fuit: auro comparetur.

Ex iis igitur quæ diximus, fit manifeſtum aurum inter metalla principatum obtinere, ob materiæ præſtantiam, originem, ipſius inopiam, & uirtutes: non autem ob colorem, ut magni iſti uiri Bartholus, & Caſſaneus putarunt. Purpureus uerò color inter colores ideo principatum tenet ſolum ob minorem copiam. nam omnia meliora fuere, cum minor copia adfuit, ut dicit Plinius. quoniam paucis in locis purpuræ tinctura erat. & quamuis Romæ purpuræ uſus ſemper fuerit; tamen Romulus

uſus eſt purpura in trabea ſolum. quo ueſtis genere utebantur & Latini Reges: ut cẽtum illi oratores ab Aenea miſsi uìderunt. ut eſt apud Virgilium.

Ipſe Quirinali lituo, paruaque ſedebat
Succinctus trabea, læuaq. Ancyle gerebat
Pius equum domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percuſſum virga, verſumq. venenis,
Fecit auem Circe, ſparſitq. coloribus alas.

Poſtea autem uſus eſt, & Toga prętexta, & Latiore Clauo Tullus Hoſtilius, deuictis hætruſcis. & ante Auguſti principatum uiolacea purpura uſu erat. cuius libra denariis centum uenibat. poſt uſu fuit rubra Tarentina. Huic ſucceſsit diphaba Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac primus in prætexta uſus eſt Lentulus ſpincter ædilis curulis. quare colligere ex hiis Plinii uerbis poſſumus purpuræ præſtantiam, non ex colore iudicatam eſſe, quamuis præſtantiſsimus ſit color: ſed eius præſtantia, non quia ignem magis habeat iudicatur, quoniam ad hunc colorem faciendum cõcurrunt & ignis turbidus, & terra opaca. ſed ob eius ut dixi raritatem, & etiam quoniam quendam nitorem habet, & quando aſpicitur color iſte quandã mouet delectationem. ideo Venus pulcherrimum Aeneam facere in animo concipiens, non alium ipſi condonauit colorẽ ut Dionem adiret, præter purpureum.

Reſtitit Aeneas claraq. in luce refulſit,
Os humeroſq. Deo ſimilis. namque ipſa decoram
Cæſariem nato Genitrix, lumenq. iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflauit honores.

& apud Homerum cum Aiax, & Hector, poſtquã acriter inter ſe pugnaſſent: mutuis donis ac muneribus ſeipſos affeciſſent: (ad quem locum fortè alluſit Arioſtus, cum dixit.

O gran bontà de Cauallieri antiqui;
Eran riuali, eran di fè diuerſi,
E ſi ſentian da gli aſpri colpi iniqui
Per tutta la perſona ancho dolerſi:
Et pur per vall'ombroſe, & colli aprichi
Inſieme van ſenza ſoſpetto auerſi.)
Aiax purpureum baltheum Hectori donauit.

ſic Homerus inquit.

θιας δε ζωστῆρα διδε φοίνικι φαεινόν.

Quod non donaſſet Aiax niſi donum præſtans fuiſſet. & inſigne,nec Homerus *φοινικι φαεινὸν* dixiſſet, ſed potius auro infectū colore.Cuius coloris præſtantiā.Pet. Bēbus cognoſcēs dicebat.

Che gioua poſſeder Cittade & Regni
E palazzi habitar d'alto lauoro:
Et ſerui intorno hauer d'imperio degni;
Et l'arche graui per molto Theſoro:
Eſſer cantate da ſublimi ingegni,
Di purpura ueſtir mangiare in oro;

Cum igitur ita colores generentur: nunc quomodo Cometæ colorentur eſt videndum. quos non ut aliæ res colorantur, diximus colorari: quoniam ipſorum materia exhalatio eſt. quæ exhalatio duobus tantum generibus differt. alia uerè eſt ſicca, ex qua Cometæ candidi, & argentei fiunt; alia craſſa & humida, ex qua ſanguinei, & rubei Cometes fiunt. ſed ſi adhuc iſta materia, & craſsior, & humidior fuerit: tunc Cometæ color, cum vel niger ſit, vel ſubuiridis, noctu uideri nequaquam poteſt. uidentur ſolum argentei colores, ac candidi, flaui purpureiq. & inter hos alij, qui ſecundum magis, & minus differunt. Quorum, quæ modo diximus, demonſtratio haberi poteſt, ex flamma, quæ in noſtro fit igne. ſiquidem ſi ignis ex ſiccioribus lignis ſit paratus: cum ea ligna materia quadam oleaginea ſint referta, & magis ſincera. (vt ex ſtillaticio oleo, quod ex ipſis paratur dignoſcitur.) fit ut clarior flamma, & lucidior euadat. ſi vero ſint ligna viridia, & quæ magis,quandam terrenam humiditatem, quā aeream, vel aqueam habeant, fit fumus accenſus atro, ſanguineo, ac rubro colore infectus, ac tinctus. ſimili modo, & mediocriter affecta ligna, flammam mediocrem habent, nempe mediam inter claram & fuſcam, ſiue purpuream atram dicamus. Ita enim putare debemus, vt in crinitis ſyderibus eueniat, alijsq. aereis ignitis impræſsionibus; quæ ex accenſa exhalatione ortum ducunt. Cœterum quis quærere non ab re poterit, ſi Cometæ ita fiunt; & diſcrimen tum à forma tum à colore, tum & à materia & loco accipiunt: quod diſcrimen aliud verè facit, vt Cometes, ab alio Comete differat ac ſpecifica differentia euariet, vt hucuſq. à nobis demonſtratum eſt; & aliud diſcrimen, ac differentia, ut Cometes à Comete ſecundum eam

differentiam, quæ penes magis, & minus attenditur, facit: quo modo a nobis Cometes videri poteſt. Breuiter huic negotio ſatisfacientes dicimus, omnem ſenſum, ſuum obiectum percipere aliquo mediante corpore: alioquin ſenſatio minime fieret, & quamuis id de aliquibus ſenſibus haud affabrè percipiatur, vt de guſtu, & tactu: tamen & iſti duo ſenſus, ſenſibile per mediũ accipiunt: tactus per neruos ſentit, & guſtus per humidum, qđ in lingua & palato eſt. ideo dicit Ariſtoteles, ſi in aqua eſſemus, & aqua dulcis eſſet, tunc dulcedinem abſq. medio perciperemus. at aliorum ſenſuum aliquis, unum tantum medium ad ſentiendum habet, vt auditus: cuius medium eſt aer perceſſus; qui yndulatim ad aures perueniẽs ſenſum ad percipiẽdum ſonum excitat. & alij plures medios habent, ut odoratus, & viſus. quoniam & in aqua, & in aere odoratur & videtur. odoratus autem tunc fit, quando odorati corporis vapores medium alterantes, & in ſuam diſpoſitionem trahentes cum medium intra nares attrahitur, cauſatur odoratus ſenſatio. At in viſione opus eſt, ut medium alteretur, ut uiſio fiat. medium autem eſt, ut ſupra eſt dictum, corpus diaphanum, quod eſt ſine colore, cuius perfectio eſt lux ipſa. at diaphana corpora cum ſint aer, aqua, & humor chriſtallinus qui oculis exiſtit, cum illuminata iſta media à luce ſunt, fit ut alterẽtur à coloribus, qui participes lucis ſunt; & ſic corpora illa colorata, ex ſe veluti pyramidẽ faciunt, cuius baſis eſt in ipſo colorato corpore, Pyramidis verò conus ad oculum terminatur: & ſic oculus à colore illuminatus, & medium cùm ſit a luce alteratum, tunc oculus corpus coloratum percipit, & ſic uiſio fit. quæ uſque adeo produci poteſt, quouſque lineæ illæ pyramidem efficientes, quæ a colorato corpore prodeunt perdurare poſſunt. idcirco non videtur corpus niſi debita cadat diſtantia inter ipſum & oculum, etiam ſi medium ſit illuminatum, ut Euclides in optyca docet & Cardanus, quoniam pyramidis conus ad oculos peruenire non poteſt.

IOANNIS

IOANNIS BAPTISTAE VENANZI BAFFI CVRINALTENSIS MEDICI.

De Cometis Liber Tertius.

CAP. PRIMVM.

CVM hucuſque, quatenus diluci de fieri potuit, omnium Cometarum elemẽta, prima principia, & cauſſæ uiſæ ſint, quibus & cognitæ eorum differentiæ ſunt: ut de eis uberiorem, amplioremq́. ſcientiam habere poſsimus, erit nunc tempeſtiuum, & doctrinæ ordo requiret, ut eorum effectus monſtremus. Qui adeo tremendi: ægriſq́ue mortalibus metuendi ſunt: ut uere poſsim id quod Aeneas apud Virgilium dicebat, in medium promere.

Quamquam animus meminiſſe horret, luctuq. refugit.

Taceo quantas mœſtitudines afferant, quam dira nobis minentur, quàm crudeliter iraſcantur, quàm truculenter omnium generum calamitates inferant. id uerò tacere, minime potero, ma-

gnas ingenteſq́. ſiccitates; uentos truces ac minaces, terræmotus, ſterilitatem, Peſtem, Principum mortem Regnorum euerſionem, ſectarum & legum mutationem, Bellum Monſtra, & cœtera huiuſcemodi mala portendere poſſunt nè hæc abſq́. lachrimis dici, explicari ; ſine luctu, in medium abſq́. ululatu promi ; & denique ſine lamentatione exarari ? & eo præcipuè cùm iuſtè pro peccatis noſtris affligamur, & ad nihilum deducamur. & adeo ſocordes ſumus, vt potius alia omnia in mentem veniant, quàm ſint hæc ex primo omnium potentiſsimo, ac ſummo Deo parata. & antè præmonſtrata, ut delictis vale dicamus, & nos met colligentes, miſericordiam poſtulantes, veniam habeamus: neque amplius ipſius furor nobis iraſcatur. ſi quidem niſi conuerſi fuerimus, arcũ ſuum vibrabit adhuc, & illum in noſtri perniciem, ac deſolationem parabit. ſi uerò conuertemur, & ipſe conuertetur, ignoſcet, & noſtri miſerebitur; cum ei ſit proprium miſereri, ſemper & parcere. & ſemper nos audiat, ſi ad ipſum noſtras præces deducamus, non enim irritæ tunc ſunt, vt etiam Paulinus ad Auſonium ſcribens cognouit.

Quæ non miſſa Deo, vacuis in nubibus hærent
Nec penetrant ſuperi Stellantem Regis in aulam.

flectitur enim multis modis Deus Opt. Max. ut ieiunio, fletu plantu, charitate erga miſeros, & oratione: quæ cognouerunt etiam gentiles, & prophani Poetæ; unde dicebat Martialis.

Et Dominum mundi flectere vota valent.

& ante eum Ouidius.

Hectora donauit Priamo, prece motus Achilles
Flectitur iratus voce rogante Deus.

ſi uero ſuperbi elatiq́. erimus, tum nos refrenabit, & claritatẽ obſcurabit; nam ipſe obſcuri nomen adauget, miſerumq́. facile erigit, ut Heſiodus uetuſtus Vates ad Perſem fratrem ſcribit, quem ſic latine loquentem fecit Valla.

Pierides Muſæ quarum uiget inclita Cantu
Fama ducum, & nomen veſtrum immortale parentis;
Dicite cur hominum pars hæc ſine nomine vitam
Ducat? & illius cur fama æterna per altum
Euolet? Hac Iouis eſt Magni diuina voluntas.
Ille etenim Altitonans ſummi regnator Olympi

Excitat

Excitat imbelles animos, & fortia corda
Debilitat, duce quo fortuna inimica ſuperbos
Deprimit, atque humiles, clarum ſuper æthera tollit.

At Vulpius ita carmen reſpondens carmini uertit.

Muſæ Pierides, præſtantes laude canendi
Ad ſitis, patrem celebrantes dicite veſtrum,
Dicite cur homines inter, ſit nobilis ille
Conſpicuusq. hic obſcurus? (Iouis illa voluntas)
Nam facile extollit, facile elatumq. refrenat,
Et clarum obſcurans, obſcuri nomen adauget
Erigit & Miſerum facile, extinguitq ſuperbum.
Iupiter altifremus.

At ne multis morer, cum & de re hac paucula in ſuperioribus egerimus; probantes, quod à ſummo rerum opifice fiunt hæc & ſimilia; quod & innuit Ariſt. cũ à primo ente cõmunicatum eſt eſſe, & uiuere omnibus, his quidem clarius, his uerò obſcure dixerit. quod & Manilius deſignauit cum diceret,

Siue igitur ratio præbentis ſemina terre
In volucres ignes poſſunt generare cometas,
Siue illas natura faces ſub cuncta creauit
Sydera per tenues Cælo lucentia flammas.
Sed trahit ad ſe met rapido Titanius æſtu,
Inuoluitq. ſuos flammantis igne Cometas,
Ac modo dimittit ſicut Cyllenius orbis,
Et Venus accenſo cum ducit veſpere noctem
Serpentem, falluntq. oculos rurſuſq. reuiſunt.
Seu Deus inſtantis fati Miſeratus in orbem
Signa per affectus, Cœliq. incendia mittit.
Numquam futilibus ex canduit ignibus æther.

nam non ſolum hæc & ſimilia ob noſtra ſcelera immittit Deus, ſed, & maiora, & etiam Diluuium, quod ob hominum peccata immiſsit; ut etiam dixere Poetæ. unde Ouidius.

Pœna placet diuerſa genus mortale ſub undis
Perdere, & ex omni nimbo demittere Cælo.

At ne gratis hæc dixiſſe videamur; Cometarum dici effectus ordine promãtur, & hyſtorijs rationes ſolidentur. unde primo de ſiccitate verba faciamus.

De ſiccitate.. Cap. II.

TAnta eſt huiuſce rei experientia, quam noſtro graui damno experimur, ut ſuperfluum uideri debeat, & hoc rationibus monſtrare, & demonſtrata, ſummorum uirorum authoritatibus firmare. ſiquidem cum Cometes in fine iã elapſi anni 1577. & in huius principio 1578. ſit uiſus; adeo aquilonaris conſtitutio uiguit, ut pluuia fuerit maximè ab omnibus deſiderata. nam Aquilonaris conſtitutio, & experientia, & ex Galeni authoritate ſicca eſt. dicebat enim Gal. Boreas uentus frigidus, & ſiccus eſt. & Ariſtoteles dicebat, & circa magnam ſtellam Comatam, ſicca erat hyems, & borealis. quare pluuia hac præterita hyeme nuſquam comparuit. Vnde non ſolum flumina magna, ut Padus, Tibris, & alia, ſed mediocria, & minima, & diminuta, & exiccata ſunt; ut inter cœtera Miſa, uel Pomponio Melę amiternus & Ceſanus, flumina quæ perluunt & rigant ſolum patrium: & ſita ſunt inter æſinum flumen, & Metaurum. nam Miſa Senogalliæ Ciuitatis mænia perluens, in Adriaticum mare terminatur. Ceſanus uerò propè metaurum, etiam in Adriaticum mare definit, ſuntque propè locum eius oſtia, in quo illa nũquam ſatis celebrata pœnorum clades fuit: Aſdrubale, a Liuio Salinatore, & Claudio Nerone Conſ. deuicto. ſed non imperitè quæret aliquis, ſi Cometes eſt exhalatio ſicca accenſa in ſublime, cum flamma ſit calida & ſicca, quomodo poteſt, frigidum, & ſiccum producere? ut huic rei ſatiſfaciamus, erit ex Ariſtotele, Auicenna, Auerroe, & Alexandro Aphrodiſienſi ſtatuendum, duplicem eſſe ſiccitatem: una quę eſt in materia terreſtri, altera quæ eſt in materia ignea. at illa quæ eſt in materia ignea, quoties aerem frigidum reperit, uelutì alia, quæ eſt in materia terrea, frigiditatem operatur. & hoc ualida ratione: quoniam in hyeme Sole altero occupante polo, haud aer calfieri poteſt, in quo naturali frigiditate ex hyeme exiſtente, fit ut magis ſiccitas uigeat, & etiam magis attenuatur aer, & ſic frigus oritur. cuius proprium eſt in hyeme uigere. quod expreſſit Poeta dum ait.

Et Glacialis hyems canos hirſuta capillos.

ut non immeritò dixerit Horatius ſoluitur aeris hyems. qui ortum

tum ducit, ut ex Columella habemus. v. idus Nouembris. nam cum quatuor ſint anni partes, uel tempora, ut uer, quod calidũ & humidum eſt, & aliorum habita temporum conſideratione Galeno temperatum dicitur. quod incipit Martio menſe cum Sol primum Arietis punctum ingreditur. at Varoni VII. idus Februarii incipit. quod ita à Vergilio deſcribitur, ſi is eſt.

Verque nouum ſtabat cinctum florente corona.

& lepidiſsimè etiam ab Horatio deſcribitur.

Soluitur acris hyems grata uice veris, & fauoni
Trahuntque ſiccas machinæ carinas,
At neque in ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea Choros ducit Venus imminente Luna,
Iunctæque nimphys gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede, dum graues Cyclopum,
Vulcanus ardens vrit officinas.

& Andreas Dactius ſic deſcribit ver ueniens.

Fœlices redeunt dies,
Aurea redeunt ſæcula,
Poſuit Turbidos
Hyems procilliſer aminas;
Poſuere venti.
Ludit iunior annus,
Leuíque fauonio
Florida tellus;
Sinu refundit diuite
Omnigenos fætus.
Aſpexit nos proprius
Aequo lumine Iupiter
Olim ſenior.
Humi latentem viperam
Ceruus vorauit.
Creuit per membra vigor,
Adiectum Decori eſt Decus
Merito conſtitit
Honora tandem Cælitum
Cardine poteſtas.
Dextro ingredere ſydere

Hoc

Hoc vatis auſpicio
Vt frater patriæ
Sic orbis olim creditus
Reges habenas.

Aeſtas uerò calida & ſicca exiſtit, cum humiditas à ſiccitate uincatur, a calore uerò frigus: quæ dum Sol Cancrum ingreditur fit, & uſque ad autumnale æquinoctium protenditur. At æſtatis initium ex Hypp. & Gal. quando Vergiliæ oriũtur. quæ ut eſt author Aetius nonis Maij, mane naſcuntur, & tunc aer ſedari incipit. at Vergiliæ ſeptem ſunt ſtellæ in Tauri genu poſitæ, quarum nomina ſic Ouidius eſt proſequutus.

Pleiades incipient humeros releuare paternos
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexu ſex hinc uenere Deorum;
Nam Aſteropen Marti concubuiſſe ferunt,
Neptumno Alcyonem, & te formoſa Celeno,
Maiam, atque electram, Taygetemque Ioui.
Septima mortali Merope, ſibi ſiſyphe nupſit:
Penitet, & facti ſola pudore latet.
Siue quod electræ Troiæ ſpectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppoſuitq. manum.

Cum itaque pleiadum ortus æſtatem faciat, ut ait Hypp. tunc q. Sol ad noſtrum borealem polum ſic curſim uenit, ut dies, & maiores fiant, & calor augeatur, & ſquallor. quoniam Solis uis omnia exiccat, ut Homero litterarum Principi placuit; quando ne ab Apolline. Hectoris corpus exiccaretur, nude defendit. *Vn*de quicunque fuerit ille appoſitiſsime de æſtate dixit.

Scindit agros æſtas Phœbeis ignibus ardens.

quando ſolibus ſit calidiſsima. ſequitur deinde Autumnus.

Calcatus corbibus vuis. nam in iſta anni tempeſtate.

Labra per autumnum muſto ſpumantia feruent.

tunc enim fructus ad maturitatem perueniunt, eſtque frigidus & ſiccus, & inequalis. quæ omnia tempora anni, breuiter Galenus hiſce uerbis exculpſit. Temporum autem ordo talis eſt. Vergiliarum ortus æſtatis eſt initium. poſt quas Caniculæ ortus oporam appellatam; ideſt pomorum, ſeu fructuum, cortice mol liore generationem inchoat. quam ipſam eſſe uolunt alteram æſtatis partem poſt eam arcturus ſuo ortu autumno dat initium,

deinde

deinde Vergiliarum occaſus, hyemi facit principium; quam excipiens æquinoctium, veri initium impertit hactenus Galenus. quibus temporibus non ſolum terræ facies immutatur, uerum & noſtra corpora mutationem non paruam accipiũt. nam hyeme humor frigidus & humidus, qui pituita, & phlegma dicitur, in noſtris fit corporibus, uere ſanguis calidus & humidus humor, ęſtate bilis, calidus & ſiccus humor, ſic autumno humor frigidus & ſiccus, qui melancholia dicitur. & hæc perpetuò corpora ſeruant, cum anni tempora ſuam naturam habent. contra uerò ſi ſua natura non gaudent. ut puta cum hyems haud humida & frigida fuerit; ſed frigida, & ſicca, qualis in Comete apparitione eſſe ſolet; ut experientia hoc anno euaſit clarum ac manifeſtum. ſiquidem cùm Cometes ſit accenſus fumus & exhalatio: neceſſum eſt, ut aer exiccetur. exiccato aere, cum in ipſo ſit frigiditas quæ hyemis propria eſt, remanet porrò aer frigidus & ſiccus. quod autem hyemis proprium ſit frigiditas, & ſi ex eis quæ dicta ſunt patere poteſt; nihilominus per ea quæ dicenda ſunt etiam atque etiam manifeſtum fiet. ſi enim hyemis contrarium animo reuoluemus, uidebimus, quod cum æſtas ſit calidiſsima, non ſit in aere illa uehemẽs caliditas, niſi Solis ratione, cùm ad noſtrum zenit, ſiue ad capita noſtra accedit Sol, & ideo ad Borealem tractum ut diximus uenit. ratio autem huius eſt, ex Auerroe, cum diceret. Videtur enim quod cum Sol uenit ad meridiem, minuitur caliditas eius in Septentrione, & fortificatur natura elementi aquę, propter intenſionem frigiditatis, & tranſmutatur aer in aquam, & fiunt pluuiæ: cum autem aſcendit a meridie, intenditur caliditas eius in Septentrione, & augumentatur natura ignis, & aeris. hæc actio eius eſt ſecundum circulum, ideſt quod cum fuerit frigiditas in parte Septentrionali, eſt caliditas in parte meridionali, & è conuerſo. & ideo hyems noſtra, eſt æſtas in parte meridionali, ideſt in climatibus, quorũ diſtantia à Sole in illa parte, eſt diſtantia climatum noſtrorum: & æſtas è contrario huius hic. & paullo inferius huius rationem reddens Auerr. dicebat. Declaratum eſt etiam in libro Cœli, & Mundi cauſam eſſe, quod Sol calefacit, & reliquæ ſtellæ: & quod hoc fit duobus modis, vnus eorum eſt motus: alius reflexio luminis. ſed uidetur quod cauſa in calefactione Solis, cum fuerit aſcendens in circulo ſuo obliquo directe uerſus capita no

ſtra,non eſt niſi per reflexionem tantum: propterea quia lineæ radiales ſunt propinquæ, ut cauſent angulos rectos,aut cauſent eos in terris, in quibus Sol aſpicit è directo capita hominum. hactenus Auerr. qui poſtea pluribus mediis contendit, quod calor,ob lumen, non autem ob Solis motum cauſatur. ſi itaque hæc Auerr. demonſtratio eſt uera;uerum erit frigidum,propriũ hyemis eſſe. Vnde ſi contigerit quod ſit adeo multiplicata exhalatio ſicca in æſtate,& Autumno, in quibus ex eiuſdem teſtimonio ratione luminis Solis multiplicari ſolet exhatio,ſi accendatur,fieri non poteſt, ut hyemis frigiditati ſiccitas non coniungatur. ſiquidem cum ignis non ſit,niſi quidam exceſſus ſuperabundantiaq. caloris, quæ numquam in aquam conuerti põt, niſi in aerem prius, ex Themiſtii ſententia conuertatur, habet ſecum annexam ſiccitatem, quãuis ſiccitas, calore ſit debilior, ut Alexander Aphrodiſienſis, & Auer. notarunt. tamen ab ipſo primo & per ſe (ut dicunt) producitur. adeo quod aliquibus caloris lima dicitur. qua de cauſſa poteſt, uel facile Cometes aerem exiccare; at cur non calfacere? & hoc etiam agit, ſed non hyeme quando maior ſit aeris frigiditas ob Solis a noſtro tractu receſſum; quæ non poteſt à Cometæ flamma ſuperari, ideo in aere relinquitur. qui facile ab omni impreſsione,alterationeque ob ipſius raram naturam mutatur. cui cum addatur à Cometæ corpore ſiccitas, fit ut ipſe aer frigidus & ſiccus euadat. quæ ſiccitas in dies magis, magisque augetur, & frigiditati connectitur. quare meritò dicebat Auer. Cometarũ propriũ & primum eſſe, ſiccitatem inducere. quod animaduertẽs Aratus ſic dicebat.

At ſi contigerit plures ardere Cometas
Inualidas ſegetes torrebit ſiccior aer,
Nam quę prorumpunt naturæ legibus ultro
Spiramenta Solis, ſi iuſtus defuit humor.
Arida per Cœlum ſurgentia deſuper atra
Igneſcunt flammis, muudique expulſa calore
Excutiunt ſtellas, & crebro crine rubeſcunt.

Nam cum Crinita ſydera,flammam euomant, ut Scipio Capicius hiſce carminibus dicit.

Demum quæ Cœlo fulgentia crinibus ardent
Sydera flammiuomis, errantur more vagantum.

fieri

fieri non poteſt quin ſiccitas non inducatur. quod ſciens Marcus Manlius ſic dicebat.

Numquam futilibus excanduit ignibus æther
Squalidaq. eluſi deplorant arua coloni.

At Ptholemeo, non omnis Cometes ſiccitatem parit, ſed ſolum Saturni, & Martis Cometes ſqualorem immittunt, cum iſta ſydera ſuapte natura ſicca ſint. Quæ ſiccitas eſt à nobis experimẽ to cognita. ſiquidem adeo Boreas uiguit, ut ſiccitas per totam hyemem maxime uiguerit: & in præſenti anno ſextodecimo Chalendas Maias adeò frigore aer excanduit, & Boreas uim ſuam exercuit, & nix de Cœlo elapſa eſt, ut flores omnes combuſſerit, & uitium gemmas contriuerit, ut maximum animantibus omnibus incommodum tulerit. At quærere nõ ab re fuerit, quur eſt quod Boreas germina comburat. an hoc agit anthyparistaſi ut ait Ariſt. uel potius quia calor retrahitur? & in retractione emoritur, & deficit. Vnde uerè fit, quod Virgilius dicit, quod germina & frondes à Borea comburũtur, & in pollinem rediguntur. ſed interim & hoc non eſt omittendum, cur eſt quod flante Aquilone in frigidis locis, & uehemẽs per hyẽmem, & ualidius ſpiret, & ut proximè nubilus, ſic trãſuerſum liquidius fertur, atq; illuſtrius? an ratione qua frigidus boreas, eadem etiam uehemens ſit. quod tamen è propinquo frigidior eſt, occupat priusq́ue nubes gelu indurat, quàm repellat; quæ induratæ pondere ſuo obſiſtunt, & manent. tranſuerſum autẽ uehementia ſua potius, quam frigore agit. qui ſemper ualidior ingenuusq́ue interdiu ſpirat quàm noctu: quoniam ex imbre gignitur cõgelato, qui à Sole diſſoluitur, cum autem noctu id effici nequeat, ideo maxima in parte boreales uenti nocte ſilent. quorum uim, & naturam maxime mortalium genus hoc anno expertum eſt. quod etiam uidit Ariſto. ut ſupra diximus cum magnus Cometa ortus fuerit, tunc enim & hyems ſicca, & borealis fuit. quam etiam ſiccam conſtitutionẽ experti ſunt mortales Henrico VII. Imperante. cum enim apparuiſſet Cometes, paullo antè Henrici Imperatoris obitum, qui à florentinis ueneno uita priuatus eſt, dum aquas Thermales ualetudinis recuperandæ gratia, apud Maceretum bibiſſet, & cũ ex aquarum thermalium potu deterius ſe habere cœpiſſet: ad oppidum quod Bonum conuentum nominant ſe contulit, & ibi ueneno

vitam una cum morte conmutauit. & illis temporibus Clemens Quintus Pōt.Max.Petri Apoſtoli Chatredam Lugduni,apud Gallos tenebat. nam cum diſsidium Peruſij inter Patres de Pō tifice eligendo eſſet: Bertrandum Gottum in Chriſti Vicarium ſtatuere.qui cum Burdegalæ eſſet tādem ſe Lugdunum contulit, & ibi ſede firmata, patribuſq. accitis,Roma eſt omnium do lore derelicta, hæc .n. accidere anno 1305.à Chriſti Natali.Mā ſitq.apud Gallos Pontificia ſedes 70. annis, donec Gregorius X I. ipſam, Romam reuocauerit anno 7.ſui Pontificatus 1376. idibus Ianuariis. igitur & Clemente V. Pont. Max. regnante adeo ſiccitas ex Comete uiguit, ut maximorum cauſſa damnorum fuerit. Quare ſi ſiccitas, Cometæ ſit proprium, & ab ipſo,tamquam à cauſſa agente introducatur, profecto haud eſt mirandum.

De Ventis. Cap. III.

QVod verò ex eadē cauſſa,& vēti,aliquando magni, uehemētes,terribileſq. fiant, ac oriātur: & ſi ex longa rerum obſeruatione monſtrari poſsit: nihilominus quod hac de cauſſa fiant, non abſurdum erit perſcrutari. Cum itaq. venti nihil aliud ſint,q̄ ſiccę circa terram exhalationes:quæ à Sole,cœteriſq. ſyderibus,ut diximus fiunt: & potiſsimum à Sole; qui non ſolum aerem calefaciendo exiccat, uerum enimuero, & aquam, & terram. quamuis & terra per ſe, caloris ratione, qui ut ait Ariſt. in ipſius uiſceribus continetur fumum, *exhalationem*uè producere poſsit. & quamuis iſte fumus abſq. humido non ſit,(hoc enim uidemus & in fumo,qui ex accenſis lignis fit, alioquin non fieret flamma, cum ipſius ſit pabulū) tamen per exceſſum, ut ipſe eſt author, hæc dicuntur. iſte autem fumus ſiue exhalatio, non undiq. eſt æqualis: ueluti & ſupra cū de duobus exhalationum generibus dicebamus, monſtratū eſt. iſta igitur exhalatio ex qua uenti fiunt, eſt magis craſsior,terreſtriorq. Vnde aeris tertiam illam regionē, quam calidariam diximus Pontanum nominare, non penetrat. quare eſt cauſſa ut Olympiodorus ait ut venti oblique ferātur: hydriarum inſtar, quæ aquis repletæ,ſi in girum ſupra noſtrū caput rotentur,aquā non effunduut. ſic venti non poſſunt, & calidariam regionem

aſcendere

aſcendere. At portio iſtius ſiccæ exhalationis ſi aſcendat, eſt uel Cometæ materia, uel alicuius ignitæ impræſsionis. Vnde eſt & id ab Ariſt. proditum, quod uentorum origo, ac ortus, nõ eſt circa terram, ſed in aere. manifeſtant & hoc expertiſsimi quiq. nautæ, cum ante Solis ortum aliquas præaltas nubeculas uiderint, ex parte illa ventum futurum eſſe prædicunt. nam nubeculæ illæ cùm ſat eſſe non poſsint, ut pluuiam faciant, in auras, ventoſq. reſoluuntur. ſimili modo & in terra ventum futurum, araneę præſagiunt: cum enim ab opere ceſſant, filiumq. obtruncant, & occultantur, tunc uigent venti. ratio autem huius eſt, ut Ariſt. ait. quoniam animalcula illa ſint frigoris in patientia, & eorum opus, à vento frangatur. neq; etiam muſcæ pręteruolitarẽ ſolent, ut irretiri poſsint, cum aer à vento turbatur: unde nec vere etiam apparent, in quo tempore, maxima ventorũ uis uiget, copioſę exhalationis ratione, ex Solis acceſsione, longaq. ſupra nos mora, & ex hyemis tẽpore prætergreſſo in quo tellus valida humiditate, repleta eſt ac maduit. quorum etiam ventorum ortum & pleriq. mortales à Lunæ figura, & colore, ac etiã poſitione prędicere ſolent. quem prędicendi modum, copioſiſſime ex Feſti Auieni uerſione docet Aratus.

Cynthia cum primum Cœlo noua cornua promit,
Cautus vtrinque Deam circumſpice: namq. reuecta
Nequaquam ſemper ſimilis lux imbuit ortum:
Sed ſpecies diuerſa trahit, varioque notatur
Formarum. primi cum ſurgit luminis igne,
Tertia cum rutilat, cum maior ſyderis æthram
Scandit, & aerias quarta face illuminat oras,
Ingredientis erit plenè tibi nuncia menſis.
Hæc caſtigato ſi tertia fulſerit ortu,
Pura ſit, ut fœdis ab ſordibus adfore dices,
Clara, ſerena diu: tenui ſurrexerit autem
Si face, & ignito ſuppinxerit ora rubore,
Turbida certantes conuertent æquora cauri,
Lumina dehinc ſi craßior atque retuſis
Cornibus ingreditur, ſi quarti ſyderis ortu
Percuſsi ut tenuem prætendat corporis vmbram,
Imbribus aut zephyris hebetabitur, arguet vltro
Flabra noti, aut pluuias. nam craſſus deſuper aer

Cornua

Cornua cæca premens, notus uuidus aera cogit.
Tertia ſi rurſum protollat Cynthia currus.
Sic ſubrecta faces & acumina tenta coruſcans,
Vt nec curua quaſi declinet cornua, nec tum
Fuſa ſupinatum diducat lumen in auras,
Occiduo Zephyrum prædicet ſurgere mundo,
Aut lybiæ de parte notum. ſin quatuor autem
Cynthia curriculis Cælum ſubit, atq. coruſcis
Cornibus immodice proſtantibus vlſerit ignes,
Vix prolixa ſalum ciet, ocyus omnia cauri
Marmora conuoluent, fera verſent flabra profundum.
Iſtius in boream quod ſe ſuſtollit acumen,
Sin curuum ſpecie ueluti annuat, ad fore Cælo
Sæua procelloſi prędicet flabra aquilonis.
Namq. hoc urgeri ſe adſerit, hocq. grauari
Indice, rurſus eo ueniet notus, hanc ubi partem
Pone ſupinari conſpexeris, inq reclinem
Sponte habitum, pandi nam ſubrigit auſter acumen
Inferiore plaga, ſi Lunam tertius ortus
Proferat, atque Deæ conuoluat circulus oras,
Suffuſus rutilo, mox tempeſtate ſonora
Spumoſum late pelagus caneſcere cernes.
Maior & hæc rauci uerſabit gurgitis undas
Ipſa quoque immodice, ſi vultum Luna rubeſcat.

Quæ omnia ratione non carent, ſi vt ſupra eſt dictum Luna ſuũ lumen à Sole recipit: nam prout ſe ad Solem habet, ita uel unũ, vel alterum ventum producere poteſt. quoniam ſic uel magis, in illa; uel in alia parte aer exiccatur, & exhalationis copia gignitur, ut ex ea uenti fiant. nec minus ex ipſius colore, qui ab aere alterato ex craſsis uaporibus produci ſolet. quare non ſolum ſic venti fiunt, & poſſunt prædici: ſed & ſtatis diebus & temporibus, ſolent oriri. Nam ut ait Plinius, ſexta die ante Idus Februarias, Fauonij hybernum molliunt Cœlum. & ſubſolanus ſex diebus ante Idus Maias. at ante quàm caniculæ ſydus exoriatur, diebus fermè octo aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus quadraginta, quos Etheſias vocant. poſt eos auſtri frœquentes vſq. ad ſydus arcturi. quod undecim

diebus

diebus ante autumni æquinoctiũ exoritur. cum hoc Chorus incipit Chorus autumnat poſt æquinoctium diebus ferè quatuor & quadraginta Vergiliarum occaſus hyemen inchoat. Quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere conſueuit, hoc eſt aquilonis hiberni, multum ab æſtiuo diſsidentis: deinde cum iam ceſſent mareque paccatum ac tranquillum ſit diebus ſeptem, halcyones fœtificant, nidulanturve, ex quo dies halcyones vocantur: reliquo poſtea brumali tempore, ſiue Decembri menſe ſemper boreas viget. qua de cauſſa eſt effectum, ut Heſiodus Decembrem, hominum pecudumq. excoriatorem uocauerit.

Μῆνα δὴ ληναιῶνα κακήματα βούδορα πάντα,

Vnde cùm iſtæ exhalationes moueri contingat, nil miri eſt ſi ſtoici, Aeris fluctuantis impetum, uentum eſſe credebant. decepti ex uentorum motione. tamen Anaximander non credebat ventum eſſe aeris impetum, ſed fluxum. quoniam credebat iſte, aerem non eſſe ociosum, & præter motum localem etiã & alium motum per ſe habere, qui erat fluxionis motus. cuius fortè opinione adductus Franciſcus Valeriola, aerem dicebat habere naturalem uim mouendi ſe, ut interim ſe contrahat, dẽſetq., interim vt ſe expurget, ſe ſe expandat, dilatet, & deducat. vti ſi eſſet aliquod, quod mediã ſortitũ eſſet naturam inter animalia, & plantas aer. At uentos quatuor eſſe, manuducti ab Homero ut Gal ait multi credidere, quod etiã non tacuit Gellius. quando quatuor Homerus deſcribat, nomina uentis à loco in quo oriri incipiunt imponens. nempe Eurum, Auſtrũ, Aquilonem, Fauonium. quos ita latinos reddidit Ioannes Baptiſta Raſarius Medicus.

Vna Eurus grauiter ſpirans, Zephyruſq. Notuſq.,
Et Boreas vaſtos voluunt ad littora fluctus.

Aſt alius ſic vertit.

Cumq. Euro incumbit, Zephyruſq. Notuſq. furentes
Sudificus ſimul Boreas, mala plurima voluens.

At Galeno, & ante eum Ariſtoteli, Poetiſq. latinis, aliter eſt viſum. quoniam re uera plures ſunt quatuor verti. ſed Homerus ſolum principes nominauit. quoniam ſi aridus uapor, exhalatioq. ad aliquam Cœli plagam perueniat, ut inde ſuum ortum faciat uentus, ex illius loci regione nomenclaturã ſortitur. quare cum

re cum Mundus in ortum occaſumq. diuidatur, ſumptis à Solis motu nominibus; & in polos ſiue Cardines, ſuper quos hæc Machina moueri uidetur: factum eſt, ut uenti, qui ab iſtis locis deueniunt, & ita nominentur. ut Eurus ab ortu Solis, contrà ab occaſu Zephyrus; ab vrſa uerò ſpirans uentus Boreas dicitur: contra ab altero polo (antharticum uocant) Notus. quapropter recte de hac re promebat Iouianus Pontanus.

A ſummo Boreas, Notus imo ſpirat Olympo
Occaſum inſedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.

Qui uenti, quum principes ſint, non ſolum ab Homero & Pōtano, ſed Ouidio, Lucano, Manilioq. deſcribuntur. ſic igitur dicebat Ouidius.

Eurus ad auroram, nabathaeaq. regna receſſit,
Perſidaq., & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: ſcythiam ſeptemq. triones
Horrifer inuaſit boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq. madeſcit ab auſtro.

& Lucanus.

Heu quantum terræ patuit, pelagoq. parari
Hoc quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ
Vnde venit Titan, & nox ubi ſydera condit,
Quaq. dies medius, flagrantibus æſtuat horis,
Et qua bruma rigens, ac neſcia uere remitti,
Aſtringit ſcythicum glaciali frigore pontum.

& ſic Manilius.

Aſper ab axe ruit boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auſter amat medium Solem, zephyruſq. profundum.

& inter hoſce uentos, quatuor ſunt & bini uenti, qui & ipſi diuerſimode nominantur. unde Manilius.

Hos inter binæ medijs è partibus auræ
Expirant ſimiles, mutato nomine flatus.

quia, ut dixerunt Galenus, & antè eum Ariſt. Ventus is qui ab ortu Solis dum in æquinoctio eſt, oritur; & à Romanis nautis ut inquit Gellius Subſolanus dicitur, ἀπηλιώτης, ſiue Eurus nominatur. ab occaſu uero æquinoctiali fauonius ſpirat, qui ζέφυρος græcis dicitur. ab vrſa uerò boreas βορέας etiam græcis, arpactias, & aquilo, à meridie νότος, vel auſter. inter Boream, & ſub-

& ſubſolanum, ſunt uenti orientales æſtiui, dicti Meſe: & deinde καικίας, uel heleſpontias. inter ſubſolanum & auſtrum, ſunt bini Orientales uenti, qui hyemales vocantur, ut Eurus, ſiue uulturnus. quamuis ſic Gellio non uideatur, uocans ipſe vulturnum, quem Ariſtot. φοινικίας dicit: qui ab ipſo Gellio, & Plinio εὐρόνοτος dicitur: qui propè Notum eſt, nempè inter vulturnum, ſiue Eurum, & Auſtrum. inter Auſtrum uerò & fauonium, ad ſunt lybonotus ex Alexandro aphrod. deinde lybs aphricus: qui hyemales occidui uenti ſunt. inter fauoniũ autem, & vrſam, ſiue boreã, adſunt occidui æſtiuales uenti; qui argeſtes, Olympias σκίρων, Caurus, & Chorus, dicitur. deinde Tharaſcias.

Ex hac igitur uentorum deſcriptione, ſatis patet; quod uenti diuerſum inter ſe ſitum habent: quibus nomina, uel ab effectu, vel a loco, vel à ſono, impoſita ſunt. ut νότος quaſi humectãs. quoniam & ſi auſter ab anthartico prodat; cum ſit polus natura frigidus ob Solis ab ipſo remotionem: tamẽ quia Oceanũ pertranſit, plurimam humoris copiam ſecum adfert; & etiam calorem, quando & per torridam Zonam tranſeat. vnde Hypp. Auſtrum auditum hebetare, caliginem oculis largiri, caput grauare, & membris tarditatem, languoremq́. conciliare ſcripſit. quoniam ut inquit Gal. eius natura cum calida ſit & humida, facile & caput replere, & neruos poteſt: eſt & humidæ naturæ Cæcias qui ad ſe nubes trahit, qui ut eſt idem author, ſerenus ideo non eſt, quoniam in ſe ipſum reflectitur. in prouerbiũ eſt enim ut inquit Ariſt. ut auarus ad ſe attrahat opes, ut Cœcias nubes: Cœteri enim uenti unde ſpirant, inde tantummodo expellunt, perq́. terram vagantur; cum uti diximus, uapor ſit terreus uentus quod etiam expreſſit Pontanus.

Ventorum nunc ſe cauſas patriamq́. docebo,
Quæq́ illis natura, & quæ ſit cuiq. poteſtas.
Aridus ille autem atq; ima tellure remiſſus
Hos generat, vireſq. animis, roburq miniſtrat,
Sol pater educit. Mater dedit ubera tellus.

At non ſic Cœcias, ſed Cœlum uerſus ſuæ lineæ Carrum erigens, non ad terram reſupinans, ſuam repetit originem itaq́ nubes facilè ad ſe ducit. eſt & humidus etiam ex Gal. aphricus, qui Cœciæ contrariatur, ſed auſter non eſt perpetuo pluuius & ſi

humidus ſit, nam & auſtrina, ſqualida conſtitutio apud Hypp. legitur. Cœterum uenti qui inter ſe contrarii ſunt, ſimul ſpirare non poſſunt, ſed eſt neceſſe, ut eorum alteruter, ui alterius compreſſus conquieſcat. qui uerò non ſunt per diametron oppoſiti nihil uetat, quin ſimul ſpirent. Vnde quando ſpirant, nubes aliqui diſpergunt, & Cœlum ſudum reddunt, niſi frigidi ſimul ſint: ſiquidem tunc ſereni eſſe non ſolent; ut Arpatiæ Thraſciæ, & Argeſtæ aliqui ſicci ſunt, ut Argeſtes, & Caurus; aliqui niuoſi, ut Meſes, & Arpactias: aliqui grandinē faciunt, ut Arpactias, Thraſcias, & Argeſtes: aliqui æſtuoſi ſunt ut Fauonius, Eurus, & Auſter. Vnde de eo optimè Pontanus dicebat.

Frigidus aut aquilo, aut nimbis violentior auſter,
Auſter ſolſtitio uenit, regniſq. peruſtis.
Vnde calet magis, & pennis madidantibus uſus
Immergit largos agris ſitientibus imbres.
Quinimo quoque digrediens, & feſſus, & in ſe
Sæpe repercuſſus grauiores concipit æſtus.

contra uerò Boreas a ſono ſic dictus, ut ait Latine loquens Heſiodus.

Excoriatorem pecudumq. hominumq. decembrem
E vita ſtudio ſummo, glaciemq. moleſtam,
Quæ per humum borea ſolet indureſcere flante.
Is per Thraciam equis claram flans, Oceanoq.
Incumbens, mugire facit terramq. nemuſq.
Alticomas quercus, ornoſque ex monte profundam
Deijcit in vallem, rapiens radicibus imis
Flamine præcipiti, ſtrepitu boat ardua ſilua.

& Pontanus.

At boreæ patriam horrentem frigusq. rigorq.
Inſedere.

Et quamuis omnes uenti, ita & qualitatibus, & naturis, & ſitu inter ſe ſint diſtincti, ac ſeparati, ut & uniuerſales ſint, & ordine, & numero ita ſe habeant: tamen & alii reperiũtur qui ſunt patrii, nec uniuerſales ut præſcripti, ſed uel alicuius regionis, uel loci, uel patriæ: nam uenti iſti particulares ex ſpecubus, antris, cauernis, montibus, palude, aliqua, flumine, & promontorio emanant. unde Narbonenſis ventus a Gallia Narbonenſi in

qua

qua flat dictus eſt. Apud Athenas ſcyron. quamuis etiam ſcyrō ſit uentus uniuerſalis, tamen reliquæ græciæ, ut eſt Plinius author cognitus non eſt, eſt & uentus Chagenus Pamphyliæ. Apuliæ Atabulus. & Iapyx apud Barin oppidum pediculorum. unde Horatius Virgilium Athenas proficiſcentem alloquens, omnes uentos obſtrictos eſſe præcatur Iapyge excepto.

Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſydera,
Ventorumque regat pater
Obſtrictis aliis præter Iapyga.

uel dictus eſt ut ego affirmarim ex Acca Iapyga pediculorum promontorio; quamuis hæc prætermiſerint Acron Porphyrio & Mancinellus. qui tantum ex fauonni uerbis apud Gellium uentum Apuliæ eſſe dicunt. ſunt & uenti qui ex cauernis & ſpecubus oriuntur, ut in Dalmatiæ ora uaſto in præceps hiatu: in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella, nomen loco eſt ſetaquin. & in Cyrenaica prouincia, rupes quædam, Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro inuoluēte arenas. ex quibus putarim ego, anſam antiquis factam fuiſſe, ut uenti ſub Aeoli imperio, cenſeantur nempe ſub anni dominio. (ita enim interpretari poſſe Aeolum, non diffidit Cœlius Rhodiginus.) unde rectè Poetis Ventorum Rex fingitur: nam ut ſupra monſtrauimus ex Plinio. quod etiam ex Galeno confirmare poteramus, circulariter unus poſt alium oriuntur uenti, qui cum ex terrea exhalatione prodeāt, ſic Virgilio intra cauernas ab Aeolo ipſorum Rege continentur.

Aeoliam venit hic uaſto Rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempeſtateſq. ſonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra frænunt. celſa ſedet Aeolus arce,
Sceptra tenens mollitq. animos, & temperat iras.
Ni faciat maria, ac terras, Cœlumq. profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, vertantq. per auras.

Vnde ut ait Plinius in quibuſdam domibus cauernę adſunt & manufactæ, quæ incluſa opacitate conceptacula, ſuas habent auras. Cuius Rei experientia in Ceſio oppido prope Tudertū

& interamnem comprobatur Ceſium dica, oppidum quod Illuſtriſsima Romæ familia CAESIA uel condidit uel inſtaurauit. Sole, quidem lucidior, & clarior; cum ſtegmatum origine, tum & uirtutum fulgore, & bonarum artium uigilantia, animi probitate, candore, integritate, dotiſque alijs omnibus; præcipue uero ſummorum herrorem fertiliſsima inter quos modo ſplendent ampliſsimus Card PETRVS DONATVS, ANGELVS EPISCOPVS TVDERTINVS, ROMVLVS EPISCOPVS NARNIENSIS, LVDOVICVS ABBAS CLARAVALLENSIS, omnes, & nobilitate Illuſtriſsimi, & in quibus neque ſolertia, doctrina inſignis, ſumma dexteritas, neque ſanctitas, animi magnitudo, morum integritas, pietas, rerum geſtarum gloria, neque adeo in artibus ac ſcientiis, iudicium, ſcientia, & uigilantia deſideretur. & utinam tamdiu uiuam, ut ipſos ad maiores dignitates eleuatos conſpiciam. igitur in oppido Ceſio ducitur uentus per quoſdã tractus, canalesue, & ita per omnes domos eſt ductus, ut æſtate, ueluti aqua per aqueductus, uariis rebus accomodetur. nam cibaria, potusque refrigerant Ceſicolæ, & auras frigidiuſcula accipiunt. at non ſolum quæ apud Ceſium oppidum percipiuntur; commoda, ex uento habentur, uerum & multa alia. nam ex uentis, ac aer uentilatur, putredo ab ipſo exploditur: animantium corpora fruges, fructus, tellus, aqua, & denique omnia difflantur: aer ſerenus efficitur, & nubilus redditur, pluuiæ fiunt, & niues: quibus & tellus pinguis euadit, & fœcunda, cum animantium magna utilitate. quæ quidem non eueniunt, quando uenti ex Cometis originem ducunt ut bene dixerit Pontanus.

Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna Cometæ,
Non alias venti pelago incumbuere tumenti
Maiores non Aeolij Rex carceris vmquam
Saeuius infremuit ruptoq. immugijt antro.

fiunt enim tempeſtates ſqualidæ, ſiccæve, ut ſupra eſt monſtratum. nam aere exiccato, & terra ſicca redditur. & fit uapor ille terreſtris adeo ſqualidus, ut non niſi Aquiloniæ conſtitutiones uigere poſsint, ut nos experti ſumus, & hodie qui VI. Idus Maias habetur noſtro ſummo dolore experimur. quam conſtitutionem cum Cometes Ariſt. tẽpeſtate uiſus ſit, & ipſe expertus eſt. & etiam cum Bonifatius VIII. Reati eſſet & Cometes

apparuiſſet.

apparuiſſet, hæc uentoſa conſtitutio fuit. & in iſtis ſqualētibus annis ſolent: & Cometæ plures uideri, ut Aratus eſt author, cum dicit

Crinitæ exiſtant multæ ſqualentibus annis.

quapropter, aſininis pellibus maxime egeremus, quæ ex Empedoclis authoritate, (id referente Rhodigino) maxime uentis aduertantur, ſi quis eis utatur, pro murorum circumobductione, & circumcirca agros & uineas. fiunt etiam & repentini flatus, vt Tiphones & aliꝗ procelloſæ tempeſtates, a quibus & arbores abrumpuntur, & radicitus euelluntur, ut etiam hoc anno factum eſt, quando uenti qui à Cometæ gignuntur, tam ualidi ſunt, ut multa damna rebus omnibus incutiant.

De Terræmotibus. Cap. IIII.

FIunt etiā, & à Comete Terræmotus. unde Ariſt. eſt author, quod cum Cometa ſtella accidiſſet in Achaia, ingens ſit terræmotus factus. & cum (Bonifacio VIII. Pont. Max. uigente) ſydus comatum apparuiſſet, & hyeme ualida ac aquilonia exiſtente, adeo ingentes terræmotus facti ſunt; ut Pōtifex, Caſa ex leuibus tabellis fabricata apud Reatinos, in illa manere ſit coatus. nam nec ciuitas, nec lapideæ domus tutæ erant. hocque accidit uno, uel altero anno, antequam Bonifatius Iobeleū aperiret. Iobeleum autem idcirco aperuit Bonifatius; ut mortales Romam accedentes, ut ſanctorum Apoſtolorum templa, & alias Eccleſias inuiſentes, peccatorum, delictorumve omnium ueniam conſequerentur. ut quondā Iſraeliticus populus, quinquageſimo quoque anno factitare ſolebat. ſerui manumittebātur, ac liberi fiebant, & qui aeris alieni copiam contraxerant, etiam ab reddendi aeris onere liberabātur; ut Moſes eſt author & poſt eum Ioſeph; agri etiam & campi ad hæros, antiquoſque dominos redibant. fuit & præteritis diebus non ſemel terræmotus auditus: quem, nullam aliam occaſionem, niſi a præcedente Comete habuiſſe, eſt fatendum, nam cum terra, ut ſæpe dictum eſt, in imo elementorum locata ſit, & in ſe ſe omnium ſordiciem, ipſorumque trium aliorum elementorum, fecem recipiat; non ita hæc omnia recipit, ut undique ſit ſimilis, & ſolida; ſed & ſeparata, & cauernoſa exiſtit: quare in ipſa & uapores, & exhalationes generantur; ut uidemus; & aquæ etiam

a quibus

quibus & fontes, & flumina fiunt. quare omnia fieri haud poſſent, niſi antra, ſpecus, & cauernæ, in ipſa forent tellure. quapropter rectè canebat Pontanus, de terra loquens.

Nec uero quamuis ſolido ſtet robore tellus
Mole ſua grauis, & denſo ſe robore firmet,
Non vaſtis intus ſpecubus patet, atque hiat alte
Immenſum ductis abrupta ſede cauernis,
E quibus aut Euri ſparſim funduntur anhelis
Faucibus, iratosq́. attollunt flatibus æſtus,
Et ſtragem dant arboribus, tectisq́. ruinam,
Aut amnes ſubter lapſi de montibus altis
Errumpunt curſu rapido, & ſolida æquora findunt.

Cum itaque ſit cauitatibus repleta tellus, fit ut facile ſpiritibus repleatur: intus enim gignuntur ſpiritus: nam ut iam millies ex Ariſt. ſententia diximus. neceſſarium eſt, ab humido, & a ſicco exhalationes fieri. his uerò exiſtentibus, fiũt terręmotus. exiſtit enim tellus per ſe ſicca: & cum fuerit à pluuia madefacta, in ſe ipſam plurimam contrahit humiditatem. quæ à Sole, & igne, qui in terræ uiſceribus, & cauitatibus continetur incaleſcit, & in ſpiritus reſoluitur. qui, modò extrà omnis exilit: modo totus intra continetur: modo partim foras prorumpit: partim uerò intra terræ cauernas, poroſitates, meatusque continetur. qui aliquando adeo impetuoſius mouetur, uel exitum quærendo, ut terra moueatur. Vnde ſi ingens ſpirituum copia ſit, maximi terræ motus fiunt. minores uerò ideo eueniunt, quoniam diuiſum eſt principium ipſorum: nempe flatus, ſpiritusve. quæ omnia non minus doctè, quàm pulchrè exprimit Pontanus.

Quæ ventos moueant cauſa, quis & halitus auras
Hactenus ò mihi Curæ Puer. nunc vnde tumultus,
Et tanti veniant terrarum in prælia motus,
Vnde vagi excutiant diuulſa cacumina montes,
Flumina conuertant curſum, aut premat alta vorago,
Vnde tremat tellus, quam primum (aduerte) docebo.
Principio ingenti latè circundata ponto
Tellus, fumificis incendia paſcit in antris.
Inde tepens bruma fontes, cerealiaque aura
Spargit ſæpe nouis, quas euomit Aethna fauillis.

uas

Hæc eadem ſub ſpeluncis tenuem aera claudit.
Inde ſonant ſæpe occultis mugitibus antra.
Arida quamquam etiam, ac venis ſitientibus amnes
Emittit tamen, & dulci rigat aura fluore.
Et quamuis largum Cælo ruat agmen aquarum,
Excipit in ſe ſe, ac rurſus madefacta remittit.
Hinc ergo humentes animas, fluuidumq. vaporem
Spirant agens, calido aut rurſum ſecat aera fumo.
Nunc halat ſiccum, & craſſo de pectore flamen,
Aut tenui volucrem ſuffitu exuſcitat auram.
Hinc ille & motus faciliſq. & viribus acer
Spiritus, atque imas habilis penetrare cauernas,
Et rurſum violentus, atroxq. erumpere, clauſtriſq.
Incluſus fremit, & multus vacua atria verſat.
Idem etiam in flammas abit, & furit igneus, atros
Intorquens lapides tormento excluſus aheno,
Et uocat hæc genitor rerum ſol. excipit aer.
Ipſa parens tellus large indefeſſa miniſtrat.
Quæ tamen è nimijs nunc inde caloribus uſta,
Hinc nunc victa gelu, & multa durata pruina,
Contraxit dubios languenti corpore morbos,
Vt neque ſit ſuperante anima ſpirare poteſtas.
Ergo incerta ferens raptim veſtigia anhelus
Spiritus incurſat nunc huc, nunc percitus illuc,
Exploratque aditum inſiſtens, & ſingula tentat,
Si qua forte queat victis erumpere clauſtris.
Interea tremit ingentem factura ruinam
Terra ſuis quatiens latas cum mœnibus vrbes.
Diſſiliunt auulſa iugis immania ſaxa,
Procumbunt turres, ſternuntur funditus arces
Magnorumq. cadunt templa impolluta Deorum,
Excidium vt magni iam, iam timeatur Olympi.

Quapropter iam hariolor, Thaletis & Democriti ſententiam, falſam eſſe: qui Ariſt. & Plutharco referentibus terræmotum in aquam referebant. nam Democritus dicebat, terram, aqua plenam exiſtentem, & multam aliam pluuialem etiam ſuſcipientem, ab hac moueri. amplior enim cum fit, quia non poſſunt ſuſcipere cauitates, inferentem uim: ideo terræmotus fiũt,

ad quorum

ad quorum opinionem Lucretius alluſiſſe uidetur, cum ait.

Fit quoque ubi in magnas aquæ uaſtasq. lacunas
Gleba uetuſtate è terra prouoluitur ingens,
Vt iactetur aquæ ſl uctu quoque terra uacillet.

Et cum exiccatur, & trahit in uacua loca ex repletionibus, tranſiens inuadendo mouere. Nec minus fallitur Anaximenes, qui terręmotum ideo fieri dicebat, quoniam irrigata terra ab imbre, cum tellus exiccabatur diſrumpebatur, ut in maximis æſtibus accidit, nam terræ partes dehiſcunt, inuicemq. ſeparantur. & ut in telluris ſuperficie euenit, ſic iſte, & in profundo fieri putabat. quam Anaximenis ſententiam, eſt ferè ſequutus Lucretius.

Terra ſupernè tremit magnis concuſſa ruinis
Subter, ubi ingentes ſpeluncas ſubruit ætas.
Quippe cadunt toti montes, magnoq. repente
Concuſſu late diſcerpunt inde tremores.
Et merito, quoniam plauſtris concuſſa tremiſcunt
Tecta uiam propter non magno pondere tota.

qui etiam, ut refert Seneca putabat, ut uetera ædificia ob uetuſtatem, dehiſcunt, & decidunt, ita & terræ, in terræ motibus euenire. Errauit etiam & Anaxagoras, qui terræmotus cauſſam in ætherem referebat. cum enim ætheris natura ſit ut ſurſum feratur. ſi in terra concludi cõtingat, dum ad ipſius ſuperficiem exitum quærendo uenit, nec uiam ut extrudatur, inueniat; terra tremit. quod Plutharcus non in ætherem, ut Ariſt. refert, ſed in aerem. ni (ut ſæpe fieri ſolet) ætherem pro aere accipiat Ariſto. cum ſit aeris ſublimior pars, quæ ſub ignis concauo continetur, æther Metrodorus etiam fœdo errore, in terræmotus reddenda cauſſa labitur. qui tunc fieri terræmotus dicebat, quãdo terræ partes inter ſeſe commutabantur. Parmenides uerò in terræ uibrationem, terræmotus referebat. quare omnia falſa ſunt, ut ex iiſque diximus manifeſtum eſt. non enim uibrat tellus, quando præter rectum motum, nullum alium habeat. Vnde ex hac hominum inconſtantia effectum eſſe puto, ut apud Romanos ignoraretur, cui Deo res diuina eſſet faciẽda, dum terra motibus iſtis agitaretur. nam ut apud Gellium eſt, aliqui etiam ab aquis ſubter terrã ſluentibus fieri terræmotus putabant: & ideo Neptumnum ἐννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα appellauerunt; & ipſi ut

eſt author Cœlius Rhodiginus rem ſacram parabant, cum eſſet terræmotus factus. Cuius terræmotus non eſt unica ſpecies. eſt enim inter ipſos, ut ex Trebellio refert Rhodiginus, quidā mugitum referens. quæ terræmotus ſpecies audita eſt Galieno imperante. ex qua multæ fabricæ ſunt uoratæ, & multi mortales abſorti. eſt & Palmatias altera terræ motus, ſpecies: ut cum humum altius propellunt terræmotus. & hæc ſpecies accidit cum Delos in Aſia emerſit. ſunt & *σεισματιαὶ* terræmotus, qui limes ruentes, & obliqui: urbes, ac montes in planum deuoluūt. quo argumento Siſmatian Spartani ſepulchrum dixerunt: in quo ephebi iacebant; Gimnaſii ruina ex terræmotu eliſi. ſunt & Chaſmatiæ, qui motu grandiore pactefactis ſubito uoratrinis, terrarum partes abſorbent. ſunt Mycematiæ qui Phallaris Aeneum Bouem imitantur. Et tamen nulla alia de cauſſa fiūt, quam à ſpiritu intra terræ cauernas orto. Vnde eæ regiones quę magis cauernoſæ ſunt: magis, magisq́. terræ motibus infeſtantur, ut Heleſpontus, Achaia, Sicilia, Euboea, & Baiæ: & circū Siciliam adiacentes inſulæ; ut Liparis; & etiam in Euxino Pōto, Sacra inſula, ſunt enim ualdè cauernoſa loca. Cœterū quęſierit quis, cur eſt quod magis in tranquillitate accidant terræmotus, quam aliis temporibus. reſpondet Ariſt. hoc ex alia nulla cauſſa euenire poſſe; niſi quia in tranquillitate plurima ſpirituum copia gignitur; quæ eſt terræmotus cauſſa. fiunt etiā magis noctu quā die terręmotus propter maiorē Antiperiſtaſim: non enim euocatur ſpiritus à Sole; ut in die accidit. nec miraculi loco iſta ſunt habenda. nam non ſolum intra terram ſpiritus generantur, qui terræmotus cauſſæ ſunt. ſed quibuſdam in locis, ſpiritus ij, ſi foras producantur; homines fanatico furore afficiuntur. alibi tabifica ui abſumuntur: alibi prorſus enecantur homines, ut in Phrygia, & alibi. apud Delphycos, & Lebadicos, homines ab iis exhalationibus, fatidici efficiuntur. harū enim rerum eſt author Ariſt. ſimili modo apud ipſum, ſunt ſex terræmotuū ſpecies, non quinque ut Cœlius Rhodiginus ait, & eum ſequutus Andreas Gallus. ut *ἐπικλινταί*. quaſi in tranſuerſum ſe terræmotus agat *βρασταὶ* cum ſurſum. deorſumq́ue quatitur tellus, ut feruens olla *χασματιαὶ*, cum labem terræ relinquunt, in cauam ſubſidentis. *ῥῆκται*, nempè. ffractores; & hii, uel ſaxa ſecum adducunt, uel terram, vel cœnum. & ab iis

etiam fontes, & flumina, quæ nullibi extabant, erumpunt. ſunt & ὠσταὶ, qui uno obnixu, quod impulerunt ſubuertunt: ob id nobis truſores dicuntur. ſunt & παλματίαὶ, hoc eſt uibratores, quoniam terræmotum efficiunt tremori haud diſsimile. appellantur etiam μυκητίαὶ, qui cum mugitu terram quatiunt, ut ſupra ex Cœlio adnotauimus: quare ſex ſunt Ariſtoteli terræmotus ſpecies. quæ omnes poſſunt dum Cometa apparuit fieri; nacta ab ipſo occaſione vt maior amplior que flatuum copia, ex ipſius tum calore, tum ſiccitate fiet: ut ſupra, ex una, vel altera hyſtoria, eſt adnotatum. ſiunt & etiam abſque cincinnata; ut multis temporibus accidiſſe memoriæ proditum eſt. ut dum imperium Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans, tenebant: in Phœnicia apud Berytum fuit. & etiam Valentiniano imperante, ita per totum orbem terræmotus factus eſt, ut multarum inſularum urbes concuſſæ, & obrutę ſint: & etiam innumerabiles populi ruinis oppreſsi fuerint. & paucos ante annos, adeo ingentes Ferrariæ terræmotus facti ſunt, ut toti Italiæ timorem incuterent. At Theodoſio iuniore imperante, ita magnus effectus eſt terræmotus, ut extra ciuitatem degeret, quum & imperator, tum & vniuerſus populus: Vnde Proclus Epiſcopus, cũ è Cęlo uocem diuinam audiuiſſet; iuſsit ut Populus Deo Opt. Max. litaniam caneret, ut potè quod eſſet terremotus factus, ut ea gens ſcelerum, prauorum que facinorum pœnam lueret. Populus autem cantabat Sanctus Deus, Sanctus Fortis, ſanctus immortalis miſerere nobis. huiuſce rei eſt mihi author Eutropius. & ex eodem authore cum trigeſimo imperii Iuſtiniani *anno* Cometes apparuiſſet adeo terribilis eſt ſubſequutus terræmotus, ut diebus decem continuis, totidem que noctibus, terra ſit concuſſa. quem etiam experti ſunt Othonis imperatoris tempore mortales; cum Vgo ipſius Dux Etruriam regeret. nam multa oppida, & ciuitates a terræmotu deſtructæ ſunt; & paullo ante conſpectus eſt Cometes. Quod & Hyppocrates obſeruauit dum dixit, circa ſolſtitium hybernum ſydus non paruũ quinta & ſexta, poſtea terremotus.

De

De Fontium ſiccitate. Cap. V.

EXiccantur uerò & à Crinitis ſyderibus, fontes, & ab ipſis producti amnes. nam cum fit accenſa exhalatio Cometes, ab eo aer, & terra exiccantur. quare aër, qui in terrenis uiſceribus continetur, in aquam haud conuerti poteſt. tunc.n. aqua fit, cum aer; qui in humi meatibus, ac uiſceribus, illius cauitates ingrediens, a terrena frigiditate incraſſatur, & in aquã uertitur. eſt enim ubi Fontium ſcaturigines adſunt, terrenum ſpongiforme. ut cum è Patauio Curinaltum redirem, mea, & aliorum ciuium qui tunc aderant, uoluptate conſpexi. Eſt quippe Curinaltum, omni re qua ad animantium uitam tuendam, utimur, ſatis ſuperq́ue abundans; ſed aquarum penuria laboramus. unde quum Fons, qui extra mœnia ſitus eſt, (ſiti ſunt omnes extra muros, ita ut unaquæq́ue Curinalti Ianua, & ſuum fontem habeat, qui omnes & optimam aquam a natura loci, & ſitu, ſunt ſoriiti) tamen pro potu eius aqua nobis uſui eſt, cuius ſitus extra nouam Portam exiſtit quare cum fons exiccatus eſſet, à Ciuibus, duo magni cuniculi ſunt effecti, ut deperdita aqua reperiretur; quod & factum eſt. Vnde cum cuniculos eſſem ingreſſus, illum præcipue, qui collem Curinalto oppoſitum habet. uidebam, cum funalia præmanibus geſtarem, intra illas cauernulas meatus, ac anfractus, aquæ guttulas efformari, hincq́ue in decliuem locum aquam excurrere. at per actis cuniculis, amplius aquarum penuria haud laborauimus. quapropter uerum eſt, quod narrat Ariſto. quod aqua ab euaporante aere, cum intra, tum extra terram gignitur. Hinc eſt etiã quod ubi adſunt magis terræ partes cauernoſæ: ibi & maximi fontes gignantur: a quibus & flumina magna proſiliunt. quare cum maiores ſunt montes, eo quia ipſi magis ſpongioſi ſunt: qualis in Aſia Parnaſus, in Aphrica Athlas, in Europa Pireneus, & in Italia Boiorum montes: hinc Padus, Rhodanus, & alii magni amnes: & in Parnaſo Bactus, Choapes, Araxis, & Tanais: & in Aphrica Nilus, Aegos, & Niſes. ſimilimodo ſemper perpetuoq́ue durant fontes, dummodo terra non adeo exiccetur, ut uel cauernas non admittat, amplius: uel uapor in exhalationẽ

habeat, nec ob caliditatem in aquam conuerti poſsit: ut accidit cum Cometes ſuas exercet uires. hocque uidetur non ſolum in locis cauernis plenis, ſed & in marmoreis columnis; in quibus aer circunſtans in aquam conglobatur. quare merito ita eſt com plexus Pontanus, cauſſam, fontiumq. perennitatem docens.

Hic ego digrediens, fontes te nate docebo,
Et cur perpetuis decurrant flumina venis,
Extremus labor, & vigilatæ ad lumina noctes.
Tu mea dicta puer, memori nunc accipe corde.
Spiritus hic (graij fecerunt aera nomen)
Qui terras pontumq. leui circumtegit vmbra,
Et penetrat rimoſa means in viſcera terræ
(Certa fides) facile humentem permanat in vndam,
In liquidumq. coijt contracto frigore rorem,
Mox abit in latices, & ripis plenior errat,
Et magis labens intrat cum murmure pontum,
Armatas etiam raptans ad littora claſſes.
Ipſe vides ſæpe in foribus ſudantia ſaxa,
Et guttas de marmoreis ſtillare columnis.
Namque aer circumfluxus dum frigora ſentit,
Paulatim ſe ſe cogit mox defluit humor,
Ille quidem ſicco ducens è marmore guttas,
Speluncis quoque de gelidis manare liquorem
Continuum, vnde fluunt crepitanti murmure riui.

& ex illis fontibus cum perpetuo emanent cum murmure riui, & gelida limpha; illa optima erit, quæ cœnoſa, turbida, aut male olens non erit: neque odore aut guſtatu alienam præ ſe ferat qualitatem, ut Gal. ait. quæ certe eſt, quam breui aphoriſmo deſcripſit Hypp. quem ſic Aloyſius Luiſinus latinum reddidit.

Quæ calet extemplo, quæ friget lympha repente,
Et leuis eximie eſt. & velox permeat artus.

Tales enim, ut idem Hypp. ait, fuerint quæ ex ſublimibus locis, ac terreis collibus fluunt. hæc enim, & dulces ſunt, & albæ, & uini modicum ferre poſſunt: & hyeme calidæ fiunt, cũ terra calore conſtipato, ac concentrato caleſcat: æſtate uerò frigidæ ſunt, euocato calore a Sole, qui, in terræ vtero continebatur. & tales fuerint ex profundiſsimis fontibus. Maxime autem

tem laudantur, quarum fluxiones ad Solis exortus erumpunt, & præſertim ad æſtiuos: neceſſe eſt enim eſſe odoratas, ac leues. undè aquæ quæ ſuos fontes ad Orientem habent; hæ præ omnibus optimæ ſunt. ſecundum locum tenent, quæ inter æſtiuos Solis exortus, ac occaſus emergunt, & magis eæ quæ ad Orientem. Tertio loco ſunt quæ inter occaſus æſtiuos, ac hybernos ſcaturiunt. Peſsimę quæ ad auſtrum, & inter æſtiuum ortum, & occaſum exurgunt. & hæ quidem ad auſtrales partes ualde prauæ ſunt, ad boreales uero meliores. At ſunt aliquæ aquæ quæ medicis vſui ſunt. ut ſalſę, nitroſæ, ſulphureæ, aluminoſæ, & quæ ferro, uel aliquo alio metallorum genere miſcentur: & calidæ, & frigidæ; quales ſunt in Patauino agro. quæ multis morbis commodæ ſunt. & de quibus egregio carmine Claudianus dicebat

Fons Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi;
Factaq. vicinis noxia pellis aquis.

& multis aliis carminibus, eorum perfectionem celebrat Claudianus. ſunt & aliæ multæ thermales aquæ in Italia celebratæ, vt in agro Neapolitano, Siculo, Viterbienſi, Lucenſi, Senenſi, Felſinati, Piceno, Aemiliano. & etiam in Germania, & Europa tota, Aſia, ac Aphrica. ſunt enim aliquæ per aluum purgantes, ut nitroſæ Pinninæ, Veſtinę, & Cutiliæ apud Vitruuium; quæ etiam ſtrumarum minuunt tumores: aliquæ ad ſterilitatem arcendam faciunt, ut apud Senenſes aqua de Cornetis. quin & fœtus retinent, paralyſim curant Patauinæ thermæ, duricies tophosque emolliunt, ſcabiem emendant, & elephantiaſim, ac pruritum; & dolores quum articulorum, tum & capitis arcent, ut aquæ ægrotorum, & Diuæ Helenæ faciunt. Sunt uerò aliæ aquæ, quæ maiora edentes miracula adſumi, intus non poſſunt: quia aliquæ ebrietatem faciunt, ut lynceſtis aqua, quæ Plinio uocatur acidula; de qua ſic dicebat Ouidius.

Huic fluit effectu diſpar lynceſtius amnis,
Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

Eſt aqua apud equicolos, quæ ex ipſa bibentes efficit gutturoſos. Eſt & in Arcadia Clitori Ciuitas, in cuius agro eſt ſpelunca aquæ profluens, quam qui biberint abſtemii fiunt. unde ne

quis

quis ex illa bibat epigrammate græco cautum eſt. quem ſic uer tit Phylander, ex Pratenſi.

Si te, ſique pecus medio ſitis orbe diei,
Ad fontis Paſtor, Clitonij antra premat,
Inde tuam reſtingue ſitim, quin & propè nimphas,
Naiadas omne tuum, tu quoque ſiſte pecus.
Membra lauanda tamen caueas committere lympha,
Ne noceat uinctis ebrietate potus.
Viribus in feſtis fuge aquas, ubi nempe Melampus
Luſtrauit diras proetidas a rabie.
Arcanam abſtergens maculam, & ſe protinus argis
Ad tetricæ montes contulit arcadiæ.

& Ouidius de eodem fonte dicebat.

Clitorio quicumque ſitim, de fonte leuarit
Viua fugit, gaudetq. meris abſtemius vndis.
Seu uis eſt in aqua calido contraria uino,
Siue, quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Proetidas attonitas poſt quæ per carmen & herbas
Eripuit furijs purgamina mentis in illas,
Miſit aquas, odiumque meri permanſit in vndis.

Eſt in dodone Iouis fons dictus, cum ſit gelidus, & immerſas fa ces extinguit, at ſi extinctæ admoueantur accenduntur. in Ci conum flumine, & in Piceno lacu uelino, lignum deiectum lapideo cortice obducitur. & in Lucio Colchidis flumine adeo, ut lapidem plerumque durans adhuc integat cortex. ſimiliter in flumine ſilari ultra ſurentum, non uirgulta modò immerſa, uerum & folia lapideſcunt. Nec fieri non poſſe eſt dicendum, quod ex Plinio omnium rerum fœcundiſsimo ac ameniſsimo doctore adnotamus: quando & non ſemel hiſce manibus lignũ, lapidem in noſtro flumine Miſa factum, Curinalti in Aloyſii Amati Iuriſperiti libraria officina obtrectauimus. quippe iſte Aloyſius, ut litterarum legumque ſcientiã per belle poſsidet; ita & rerum nouarum, & à vulgi ſenſibus remotarum, maximè ſtudioſus eſt. Eſt & in inſula Chio fons, è quo qui imprudẽter biberint, fiunt inſipientes. & ibi eſt epigramma inſculptum iſtius ſententiæ. Iocundam eſſe potionem, ſed qui biberit ſaxeos habiturum ſenſus. ſunt autem uerſus hi, quos ex Giſca-ſerii uerſione excerpſit Daniel Barbarus.

Sunt

Sunt gelidi fontis latices, dulceſque libenti,
Saxeus attamen hic, illico ſenſus erit.

In faliſco clitumni amnis aqua potata, candidos boues redolebat. cauſſam cur modo non reddat, per belle docet Alphonſus Ciccarellus. In Boetia amnis Melas, oues nigras facit. & ex eodem lacu profluens Cephiſcus albas. Xantus rufas, & nigras. quin & ſuſis, in qua Ciuitate eſt Perſarum Metropolis, fonticulus reperitur, ex quo qui biberint dentes omittunt. Vnde eſt epigramma inſcriptum rem hanc admonens; quod ita uertit M. Antonius Muretus.

Hoſpes aquam cernis metuendam, innoxia membris
Sumere mortales vnde lauacra queant.
Sin imum in ventrem nitidam deieceris undam,
Ad moris tantum labra ſuprema licet,
Protinus in terram labentur ab ore molares,
Et ſedes linquent mandibulæ vacuas.

Sunt & in Ethiopia flumina, quæ unctos reddit ñatantes. ſunt & aquæ, quæ calculos generant, comminuunt, lac augent, pedes tentant; & aliqnæ, quæ podagricis auxilio ſunt. eſt authot Theophraſtus quod in piræo agro aqua exiſtit, in qua homines loti leproſi fiunt. ſunt etiam aquæ quæ bitumē habeāt; & quæ calidæ cum ſint, tamen in eis ranæ uiuunt, ut Piſis. eſt quæ, quamuis calida ſit piſces alat. ſunt quæ herbas, alant, ut Patauinæ aquæ termales. eſt & aqua, quæ uini ſaporem ſtato tempore fluat, ut in Andro inſula nonis Ianuarii. ſunt & Fontes qui terram ſubeunt: unde ſi aliquid intus proiiciatur, in alterū locum reddunt, ut in Arethuſa Siracuſano fonte, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponeſiaco littori infunditur. quis fontium miracula enarrare poterit? nam etiam in alienas ſpecies mutantur. ut Auguſti tempore Romæ, Fons olei ortus eſt tranſtiberim, & ita per diem totum fluxit; ſunt mihi authores Euſepius, & Platina. & Benedicto VIII. Pontificatum tenente, Lotharingiæ Fons uiuus, & dulcis aquæ, uerſus eſt in ſanguinem. & Ioanne XII. ſedente apud Genuenſes ſanguinis Fons ortus eſt. quæ omnia prodigia ſunt, uel boni uel praui euentus. ut fons olei Bonum euentum denotauit: quoniam præmonſtrauit ſummum ſacerdotem, ſummumq́ue Monarcham, è Cœlis ad terram deſcendere uelle, ut

mortalitate

mortalitate indutus, pro nobis paſsibilis, mortaliſq́. fieret. ſumma enim benignitas, ſumma humilitas, ſummus amor, ſumma Charitas fuit. At Ianuenſis fons ſanguineus malum denunciauit. Ianua enim paullo poſt à Saracenis, & capta, & cremata eſt. & tamen etiam per multos annos antea præceſſerat Cometes. Cuius cum ſit natura ignea exiccātur fontes, & flumina, ut hoc anno uiſum eſt. in quo adeo imminuti ſunt fontes, ut aliquibus in locis, etiam maximi fontes ſint exiccati. neceſſe eſt enim ut inquit Ariſto. cum loca fiunt ſicca, fontes deleri. quare & huius mali eſt Cincinnata cauſſa. & ideo dicebat Pontanus.

Delituit ripis imo, & caput abdidit alueo
Vndarum pater Eridanus ſitientibus amens,
Exceſſere antris. mœſtæ & ſine numine nymphæ
Fuderunt nullos terra areſcente liquores.

Vnde cum aqua deficit & pluuia, neceſſum eſt, ut alia oriantur mala. inter quæ eſt connumeranda ſterilitas: de qua nunc uerba facere eſt tempeſtiuum.

De ſterilitate. Cap. VI.

ANnonæ uerò defectus, & caritas, maximè & Cometę gignitur, quum ob manifeſtam perſpicuamq́ue cauſſam, rum, & ob abditam ac occultam, & nobis experiendo magis, quam diſcendo claram. ſiquidem, eo quia Comata ſtella ignis accenſus eſt, & ex ſe ignis ratione, & exhalationis ſiccæ copia, ſqualorem in terris, & aere immittit. unde fit ut ſiccitas quæ excedens inimica eſt rebus omnibus, quibus pro alimentis utimur, ut ipſarum rerum penuria fiat. quoniam ſiccitas ut Hyppo. ait humiditate deterior ſit. quæ ſententia eſt de nimia ſiccitate intelligenda, ne pugnantia ſtatuat Diuinus Senex. iſta pol ſiccitas, ſqualorq́ue modum excedens, terram humiditate priuat, ex qua ſegetes, ſata ac arbores plantæq́ue omnes nutriūtur. unde ad iuſtam magnitudinem peruenire nequeunt. quare & fructus ſqualidi fiunt, & pauci, & magis ſicci: deficiente pabulo, quo eorum arbores, & herbæ utebantur. ſiquidem ſuccus ille imperfectus eſt, & ideo ut Theophraſtus docet, crudus. Cruditas uero duplex exiſtit, una in qua frigiditas dominatur; altera,

in qua

in qua caliditas, vt docet Galenus. unde cùm ſqualor uiget, potius cruditas illa in qua calor uiget; dominatur: quam illa in qua frigiditas. quæ ex Gal. decreto, & deterior, & magis noxia exiſtit. poteſt etiam & frigida cruditas à Crinito ſydere per accidens fieri, ut dum de uentis egimus diximus, & dũ de pluuia ſermo erit, dicemus, & cum pluuia fiat & ingens, tunc.

Infælix ſolium & ſteriles dominantur auenæ.

nam ſi pluuia maxima decidat, & potiſsimum uerno tempore ut Theophraſtus docet. tunc ſuccus ille crudus, à cœli calore excalfactus & non coctus, adeo triticum alit, & zeam: ut ex illo lolium, ex iſta auena fiat. fiunt etiam in ſatis defectus & morbi. nam ob alimenti inopiam, quo ſata deficiunt, in eis ſqualor fit. neque enim poſſunt quum ſegetes, tum & arbores abſque hoc morbi genere, in anno ſucco, & ſqualido conſiſtere: & præſertim domeſticæ arbores nam ſilueſtres morbis haud tentantur, ut eſt Theophraſtus author: quoniam in ipſis maior, uiuidiorque calor exiſtit. ſignum autem eſt, quod ingelidiſsimis montibus frutificant, ut caprificus, ut pyra malaque ſilueſtria. ſed domeſticæ arbores, quum ob caloris innati imbecillitatem, tum etiam ex dulciori, quo prædítæ ſunt ſucco, & ſyderationẽ facilius, & phacelismum, ſcabiem, rorationem, impetiginem quæ patientur. aliquæ uero particularem morbum experiũtur ut ficus glabrationem, uites uerò uocatam articulationem. qui morbi a Comete haud fieri niſi per accidens poſſunt. quoniam ab huberiori alimento, ipſoque magis humido creantur. accidit etiam ſcabies fico; oleæ impetigo, uiti roratio, ut ex Cleidemo notat Theophraſtus. fit & uitibus oculorum obtuſio, & congelatio, quos morbos à Cometæ prouenire poſſe, & ratio dictat, & monſtrauit experientia. ratio autem eſt, quoniam cum fuerit toto hoc anno aquilonaris conſtitutio, a Crinita (ut ſupra eſt dictum) inducta: acriter enim & ultra modum Idibus Aprilis conſtitutio uiguit, ut nix rurſus ex cœlo prorumperet, & pruina: unde emortuo gemmarum calore, obtuſio eſt ſequuta. ſed non illepide quis quæret cur eſt quod ſi non ſequatur pruina, uitium gemmas nix, aut arborum flores interimere non ualet: huic ſatiſfaciens Theophraſtus dicit. Primum quod nix nõ omnibus partibus reſidet, ſed a palmitibus, aut germinibus ſtatim liqueſcens delabitur. pruina hæc diu inhærendo exurit, tum

etiam in uite habitus palmitis cauſſam habere uidetur. quippe cum nix antequam germen prodierit, cadat; pruina uerò ubi proxime prodiit, cum infirmiſsimum eſt. interdum etiam cum turgeſcit, quo tempore non minus fragile eſt. iam enim humeſcit, rareſcitque. ad hæc pruina niue tenuior eſt, itaque ratione utraque uehementius congelatur. ſed nec illo modo nix reſidere palmitibus poteſt, niſi uitis tota celetur; quod ſi euenerit, calor à niue undique integente concludetur, friguſq́. foras arcebitur. Quemadmodum a terra fieri ſolet, in totũ uim quoque incidendi pruina, quam nix efficaciorem ſortiri putatur: & no ualia proinde melioraſcere pruina exiſtimant, glebas.n. diffundi ſubeunte mordenteque; quoniam conſtantior eſt. tenuior niue propterea eſt, quia nix ex nube conſiſtit, & uelut ſpuma eſt quædam, ſpiritum in ſe admodum continens. ipſa autem pruina per ſe conſtat tenuiore quodam aere, humoreq́. condita eſt. hactenus Theophraſtus, ex Theodori Gazæ uerſione. alia autem de cauſſa ſterilitas à Cometa inducitur: quoniam plãtæ, ſataq́. ut nutriantur difflatione utuntur, ueluti etiam animalia; & quædam inſenſibili perſpiratione. aer enim non ſolùm animantium, pulmonem habentium corpora ingreditur inſpirationis nomine, ut cordis calor refrigeretur, & animalis facultas ex aere etiam gignatur, ut eſt teſtis Galenus: ſed ut expirationis motu, cor à quadam fuligine, quæ ex calore in ſanguine contrahitur, expurgetur. ſic & plantæ, perſpiratione, difflationeque utuntur. unde ſi aer erit humidior, tunc ſata uiridem in nigro colorem haud habent, ſed in candore uiriditatem. unde marcore, ac putredine uel facillimè infeſtantur. at ſi aer mala qualitate ſit affectus, nempe à Cometæ ſtellæ ſiccitate, quid fieri poteſt, ut proba utiliq́. perſpiratione uentilentur? quare hac etiam de cauſſa, & ſegetes, & arbores detrimentum accipiunt. ex quibus optime cecinit Pontanus.

Exceſcere antris mœſtæ & ſine numine nimphæ
Fuderunt nullos terra areſcente liquores.
Interea nullus cœlo demittitur imber,
Areſcunt herbæ paſsim ſitientibus aruis
Pratorum perit omnis honos. nemora alta laborant
Aeſtibus, inuictoq́. cadunt è ſtipite frondes.
Indirum tranſit cinerem de gramine ceſpes.

Vota

Vota Iouem non ulla mouent ingrata nec ullum
Incenſis aris meritum, ſenſusve malorum.

alia uero de cauſſa inducitur ſterilitas à crinito ſydere, in agris ſatis, ſegetibus, arboribusq. omnibus: quoniam coctio impeditur. ſiquidem cum coctio quæ πέψις dicitur ab Ariſtotele, ſit perfectio a naturali proprioque calore, ex oppoſitis paſsiuis; uel ut Gal. ait, quædam deductio illius quod coquitur, in concoquentis naturam: fieri non poteſt, ut calore natiuo alterato ab aeris ſqualore, & ſiccitate, eo modo perficiatur, ut perfici deberet. nam cum calor innatus ſit coctionis inſtrumentum (coctio .n. ut Ariſt. ait fit ab innato calore) ſine quo nec perfici nec etiã aggredi coctio poteſt: & eius ſubſtantia, ſit aerea, & aquea; ut præter Hypp. eſt author Gal. non poteſt in ſua conſiſtere ſymetria, quando ſqualor ualde excedens ſit. ſignum autem nobis ſit æſtas; in qua minores fiunt in animantibus coctiones. quoniam diſsipatur eius ſubſtantia ab externo ambiente calido. hyeme uerò ob antipariſtaſim fortior, ualidiorq. euadit. quapropter dicebat Hypp. quem ſic Luiſinus uertit.

Cum dat bruma gelu, mitemq. fauonius auram
Natura calidi ventres longique ſopores
Ad ſummum, hinc epulas poſſunt tunc corpora plures,
Auctus enim his calor innatus, plus poſtulat: adſunt
Indicio ætates, athletarumque labores.

Nam ut locupletiſsimus teſtis eſt Ariſt. ſiccitas ualde à natura remota eſt. neque enim cum calido innato, neque cum humido primigenio: ex quibus conſtant, quum animantia, tum & plantæ; aliquam ſimilitudinem habet. quare ut Plato inquit nulla cognatio inter diſsimiles cadere poteſt; cum non poſsit ut ait Galenus, id quod coquitur in concoquentis naturam tranſire. nec ut Ariſt. eſt author, perfectio illa, quæ fit ex oppoſitis paſsiuis cadere poteſt: quando iſta paſsiua nullam cum calore habeant ſimilitudinem. & quamuis dicat Ariſto. quod ea quæ concoquuntur, ſint diſsimilia, & per coctionem ſimilia fiant; nam tranſit in illius naturam, quod nutriri debet: non eouſque diſsimilitudo eſt ſtatuenda, ut toto diſtet cœlo. quoniã lapides in nutrimentum conuerti minime queunt. Et ſi non ignoramus aliquos fuiſſe qui uitrum, carbones, pannos, uaſa, lignum, & cœtera multa deuorarint; ut Lazarus Vitriuorax apud Real-

dum Columbum. & etiam nunc alii uigent, qui & ferrum deglutiere. at iſta in nutrimentum non conuertuntur ſed in excrementa, quamuis in aliquibus animalibas, & in nutrimentũ uertantur lapides, & ferrum. quæ animalia, & maximum calorem ſunt ſortita, & conſenſum cum re deuorata habent, ut ſtrutio camelus, & columbi agreſtes: nam iſti lapillos deuorant, ille ferrum; at homines qui talia agunt, ut plurimum guſtu carent, ut Lazarus uitriuorax erat, cui nerui guſtui ſeruientes deerant. Vnde cum ſiccitas ſqualorve ſit adeo uitæ contrarium, mirum non erit, ſi à Comete ſterilitas inducatur. quod aduertens Manilius ſic carmine rem hanc complexus eſt.

Numquam futilibus excanduit ignibus æther.
Squalidaq́ eluſi deplorant arua coloni
Et ſteriles inter ſulcos defeſſus arator
Ad iuga merenteis cogit fruſtrata iuuencos.

Eſt certe naturalis conſenſus, eſt & diſſenſus in rebus: ut Leo galli cantu exaudito expaueſcat. Oues adeo lupum timent, ut etiam timpana ex earum coriis cõfecta; ſi timpanum ex lupino corio pulſatum ſonũ ediderit, ut ab ipſis aer ſono affectus percipiatur, ſtatim diſſona fiunt. & Braſsica adeo uiti eſt infenſa, ut propè ipſam ſata, uel plantata, eam & diminuat, & diſsipet. & non ſolum ebrietatem præmanſa arcet, uerum. ſi ſupra caput poſita fuerit dolorem ex meracioris uini potu enatum, tollit. eſt inter eandem braſsicam & uitem maximus diſſenſus, ita ut iuxta ſeri non patiantur. eſt & diſſenſus inter torpedinem & piſcatorem; ut torpedine uel tridẽte tacta, uel hamo, uel ſagena, in ſtuporem agantur piſcatores, ita ut manus mouere minime poſsint. eſt diſſenſus inter Echneidem piſciculum (remoram nuncupant.) & nauigium. ut quamuis ualida ſit carina, & magna, & ui maxima uentorum impellatur, remoretur. eſt quippe inter hominem interſectum, & occiſorem diſſenſus maximus ita, ut cadauer rurſum ex uulneribus ſanguinem effundat. & eſt conſenſus in rebus, ut elementa ſuo loco certa ſede ſtent. & alia multa, ut de magnete, & aliis diximus. Vnde Cometes a tota ſua temperie, ſiue forma, ſatis, ſegetibus, arboribus animantibusq́. omnibus, abſque alio medio, eſt infenſus. id apprime cognoſcens Virgilius Poetarum maximus dicebat.

Numqunm Cælo ſpectatum impune cometen.

ſunt

ſunt enim plurima, quæ alicui naturę reluctãtur, aduerſanturq́. ut uel ſolo aſpectu poſsint aliquem perdere, ut de faſcino extat apud eundem Poetam.

Neſcio qu's teneros oculus mihi faſcinet agnos.

Et aliqui reperti ſunt, ut ſolo uiſu hominem in tabem uerterẽt, ut & quædam animalia facere perhibent: nam Catablepha animal, hominem ad mille paſſus, ſi inſpiciat necat. quin & multa etiam alia, quæ ſi extrinſecus, uel in capite apponantur, quoniam diſſenſum cum quapiam parte habent, illam partem lędunt, ut Cantarides, quæ cum habeãt cum ueſica diſſenſum, ſi extrinſecus adminiſtrentur, ueſicam offendunt. quare iubebat Areteus lacte prius ueſicã muniri. dies quippe deficeret, ſi multa alia recenſerem; quando ab iſtis, ex ſua proprietate; quam ex elementorum mixtione conſtare affirmamus, iſte promantur actiones. ſimili quippe modo Cometes, qui ſua naturali intemperie, quæ pro exhalationis diuerſitate immutatur, hoc magis efficere, quam aliud quodpiam poteſt. ſimili modo & ſata, & arbores uitiis plurimis, præſertim ſqualore, ex Comete afficiũtur, eorumque fructus uitiantur. nam ueluti ſi luxuriant arbores, fructus copioſi fiunt, qui ante maturitatem, decidunt, uel ſi ad maturitatem ueniunt, uermen patiuntur, & ii præſertim qui à domeſticis arboribus fiunt; agreſtes enim fructus qui accidi ſunt uermiculationem non patiuntur, ut ait Theophraſtus, & auſteri, & etiam calidi ualde, ut lauri baccæ: ſed potiſſimum qui ſuccum habent dulciorem, & uerni. luxuriare enim humoris abundantia facit: qui cum crudus ſit ob ſui copiam, non poteſt ab innato calido concoqui; & ſic fructus decidunt, uti fœminis accidit quæ ſi ſine maniſeſta cauſſa abortum patiãtur, non id prouenire ex alio ſtatuit Hypp. quàm ex humorum abũdantia quæ intra uteri cotylidones eſt. ſic & arboribus uſu uenit ut eſt author Theophraſtus, & ante eum Plato. at æſtus grauiores, præſertim ſi a maligna exhalatione ſint contracti, ut a Cometis fit, non ſolum tabe quadam efficiuntur fructus, ſed & herbæ quamdam indicibilem malignitatem acquirunt. quæ in animantium corpora pro ipſorum nutritione immiſſę, ſenſim labem inferunt, & morbos quum uarios, tum & ſimiles producunt. ſenſim enim agit reluctante natura, ut etiam lues uenerea facere ſolet. de qua ſic dicebat Fracaſtorius.

Scilicet

Scilicet exemplo non ſeſe prodit aperte,
Vt ſemel eſt excepta intus, ſed tempore certo
Delitet: & ſenſim vires per pabula captat.

Criniti autem ſyderis malignitatem, ex exceſſu caloris, ac ſiccitatis prouenire putamus, quoniam ualde gradu iſtæ qualitates, quum noſtrum, tum & fructuum, & arborum calorem exuperant: ut in uenenis conſpicimus, quæ ob id enecant, ac perdũt, quia ualde calidum noſtrum innatum excedunt. Quare Cometes ſuo caloris exceſſu omnibus detrimento eſt. At ſi quis obiiciat, quod uerna tempeſtas fuit calida, & humida; & frequentiſsimi imbres uiſi ſunt, unde & ſata, & arbores ſuum pabulũ habere potuerunt. reſpondendum eſt: Vernam tempeſtatem auſtralem quippe fuiſſe, & frequentiſsimos imbres apparuiſſe, prima, & ſecunda ipſius ueris conſtitutione, (unaquæque anni pars ex quatuor, quas annus habet, in triplicem conſtitutionem diuiditur, primam, mediam, extremam,) ultima igitur ueris pars, fuit borealis & aquilonia, ut nix & pruina Idibus Aprilis delapſæ indicarunt, & cum imbres a terræ calore in hyeme concoqui non potuerint, effectum eſt, ut quædam excrementitia humiditas pro pabulo ſit uſurpata, quæ potius eſt putredinis cauſſa, quam ueri alimenti. ſignum huius rei eſt, quoniam non ob id fontes ſuum priſtinum decorem ſunt adepti. quare merito à Virgilio dirus Cometa uocatur.

Non alias cælo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere Cometæ.

quod diximus, experientia non ſemel comprobatum eſt. ſiquidem (ut remotiſsimos Cometes prætercam) crinitum illud ſydus quod ſub Clemente V. Pont. Max. apparuit, hoc demonſtrauit: nam adeo ſterilitas uiguit, ut maxima calamitas ex fame ſit orta. quoniam, & uini & olei, & frumenti, ac omnium rerum ingẽs fuit ægeſtas. hoc etiam ſub Caliſto III. experti ſunt mortales cum dirus apparuiſſet Cometes. ideo merito dictum eſt a Virgilio.

Numquam Cælo ſpectatum impune Cometen.

De Peſte. Cap. VII.

FIT etiam, ex eadem cauſſa omnium calamitatum maxima, Peſtis: quæ tamquam furens belua, non ſolum domos, verumetiam vicos, oppida, Ciuitates, & Regna depopulatur, & perdit. ut nulla alia ſit tam dira calamitas, quæ hanc uel ſuperet, uel æquet. quoniam non ſolum quando negligitur, hominem, uel oppidum perdit, & deuaſtat, uerum ut diximus omnem regionem: ut leuis ſcintilla agere ſolet, cum ſegetes eſt adorta, quæ & ſegetem comburit, & ſata, & lucos, & domos, & uiciniam, & remotam etiam partem. ut Fracaſtorius dicebat.

Vt ſæpe in ſtipulas cecidit quum forte fauilla
De face, neglectam paſtor quam liquit in aruo.
Illa quidem tenuis primum, ſimiliſque moranti
Incedit: mox vt paulatim increuit eundo,
Tollitur; & victrix meſſem populatur, & agros,
Vicinumq. nemus: flammaſq. ſub æthera iactat.
Dat ſonitum longè crepitans Iouis auia ſylua;
Et Cœlum latè circum, campiq. relucent.

Et quid maius excogitari poteſt, quam caram patriam, amicos, parentes, ac dulces natos deſerere? nulla maior labes, ærumna, nulla maior calamitas inueniri poteſt. unde uerè à Galeno furenti beluæ comparatur. quoniam ut Ruffus Epheſius dicebat, omnia horrenda uiſuntur in Peſte. nam præter hæc quæ numerauimus mala, adeſt, & præſto eſt; omnium terribilium ultimũ, Mors. quæ a bonis non eſt extimenda. adeſt infenſiſsima hominum calamitas. nam aliquibus dum à peſte tentantur, fiunt carbunculi, peſtilentes bubones, exanthemata, uulcera mala, & dira, nome: aliquibus membra decidunt, decidit caro, & aliquibus oſſa carne nudantur, ut refert Hyp. & aliqui adeo memoria orbantur, ut non ſolum amicos, & familiares non agnoſcant, uerum & parentes, & ſe ipſos. ut in illa Peſte accidit, quæ Athenis uiguit Thucididis tempore: qua & ipſe affectus fuit. aliqui enim ut ipſe refert: & ab eo accipiens Galenus, adfuere, qui cũ uim ſibi ipſis in cibis aſſumendis feciſſent ab efferata lue euaſere, & cum euaſiſſent ipſorũ propria nomina haud amplius calluere.

Iuere. cuius Peſtis ſeminaria ex Aethiopia flatibus mediãtibus deuenere; ut ex ipſo Thucidide exculpſit Lucretius.

Nam penitus veniens Aegipti è finibus Orchus
Aera permenſus multum: camposq. natantes
Incubuit tandem populo pandionis. omnes
Inde cateruatim morbo, mortiq. dabantur.

Quoniam eſt communis morbus Peſtis. at morbus communis, ſi ſit uni tantum loco communis, græcis ἐνδημιον dicitur. qualis Aegiptiis & Paleſtinis eſt Elephantiaſis, nuſquam Italis ante Cn. Pompei tempora uiſus. unde Lucretius dicebat.

Eſt elephas morbus, qui propter flumina nili
Gignitur Aegipti in medio, nec præterea vſquam.

cuius occaſione refert Dion, quod Aegyptii Reges qui Pharaones dicebantur, Iudaicum populum ab Aegypto ſepararunt, adeo fuit ſtudioſa Gentilitas in occultanda ueritate. ut ẽt aliam ueritatem enixus eſt Cornelius Tacitus occultare; qui dũ Moiſis per rubrum mare tranſitum & uiam deſcribit: totum ad prophanam magiam refert: & modo ad ipſius Ducis ſolertiam, dũ aquam è petra extraxit: nam id aſinorum ſiluestrium obſeruatione feciſſe Moſen dicit. Eſt & dracunculus in India, & Ethiopia in pueris frequens, ut Leonida apud Aetium habet; a quo & Paulus, & Auicenna accepere. ſit enim animal non diſsimile a lato lumbrico, in muſculoſis brachiorum, aut curium partibus. quapropter iure merito, eſt Volaterani, alioquin uiri grauiſsimi explodenda ſententia; qui etiam in gutture oriri ſtatuit dracunculum; quem eſt ſequutus Bauiſius. refert enim ex Sorani ſententia, quem latinizzauit, (ut uerbo ipſius utar) Cœlius Aurelianus. quod animal ſit, & quod Paulus negat dracũculum animal eſſe. & quoniam in hac re etiam deceptus eſt Raphael Volateranus, ideo uerba quum ipſius, tum etiam Pauli ſubiungam. inquit Volateranus. Dracontium morbus apud Indos, & Aegiptios in mẽbris muſculetis proueniens, uidelicet gutture brachiis, coxis, cruribus. Soranus medicus hoc ex animali quodam ſimili intercutem innato dicit procedere. Paulus animal eſſe negat. nos Alatri inter Henricos hodie malũ hoc frequens cognouimus. Ducunturq. pro remedio noctibus per urbem iure quieti, crepitantibus ſimul æreis uaſibus, præſertim initio morbi. hucuſque Volateranus. Paulus autem ſic. In India, &

dia, & ſuperioribus Aegipto locis, dracunculi generantur, ceu animalia quædam lumbricos imitantia in partibus muſculoſis, puta brachio, femore tibia: in pueris etiam latera ſub cute præreptant, & palam mouentur; deinde cum diu extremum aliquod dracunculi remanſerit, locus ſupurat, & cute ipſius adaperta, initium ipſius progreditur: cum trahitur dolores mouet, præcipuè abruptus. & paullo poſt. Soranus neque animal prorſus, ſed neruoſi cuiuſdam ſubſtantiam eſſe putat, quod opinionē motus ſolum præbeat. ſiue autem hoc ſit, ſiue quod prius dictum eſt Sorano, & Leonidæ aliiſque uiſum eſt, calida ſuperfuſione & cataplaſmatis in his concoquentibus uti ex multa, farina triticea, aut hordeacea. hactenus Paulus. & nō minus labitur Raphael Volateranus, quùm ſtatuit morbum frœquentem apud Hernicos eſſe, accipiens (ut ex curationis modo elicitur) illos qui aranei tarantulæ dicti morſu affecti ſunt; quod ij dracūculo laborent. quando iſti, qui ab araneorum illa ſpecie de morſi ſunt, ut ait Matheolus apud Apulos Hernicos, & Calabros iſto modo curentur. ideo publico ære conducuntur, qui timpanis, æreis organis, & aliis muſicis inſtrumentis muſicam canant; nam non omnes uno melodiæ genere ſani euadunt. ſunt etiam aliqui qui confectiones maximas accipiunt, ut Theriacen, & Mitridatum anthidota. & alii qui in aqua, vel in terræ ſcrobibus, tandiu diletescunt, quādiu uenenum id totum conſumptū ſit. & ea de cauſſa lectulos æſtate penſiles habent. Eſt aliquibus locis Bronchoceles familiaris, ut apud quoſdam Eluetiæ populos. Eſt & alius cōmunis morbus qui a Galeno dicitur ἐπιδήμιος. qui non unæ tantum Regioni, & loco ſe addicit, ſed pluribus locis, & patriis. unde fit ut ij omnes, eodem morbo, iiſdemque ſymptomatibus afficiantur. Cui contra ille reſpondet morbus, qui uarius dicitur ac ſparſus, & proinde a græcis σποραδικὸς; ut quando homines non eodem morbo, ſed eodem tempore diuerſimode affligantur. exempli cauſſa; quando quis cephalalgia, laboret, alter tertiana alius quartana, & alter dyſenteria teneatur. qui morbi ex uictus ratione, non ex cōmuni cauſſa, ut Epidimij ortum habent. Qui uero ab Epidimico morbo affliguntur; uel maxima eorum pars à morbo euadunt; uel ab eodem uitam una cum morte commutant. Vnde ſi morbo cōmoriantur, dicitur tunc epidemia perniciosa. quæ nihil aliud

T

eſt, niſi Peſtis. quæ an poſsit ſine febre eſſe iam diu eſt dubitatum. quando aliquando abſque febre extitiſſe; quum ex Galeni authoritate, tum ex Hyſtoriis eſt ſancitum. nam loquẽs Gal. de bolo armena, quòd in peſte iis daretur, qui non febrirent cũ uino, ſi uero detenti febre eſſent, & modica, cum uino paucifero, ac lymphato. quinetiam & Auenzoar huiuſce ſentẽtiæ eſſe uidetur: & Razes magnus uir qui ſupra annos centum uixerit cum dicebat. Habemus ex experto quod hoc lutum armenum, confert mirabiliter epidimiæ, cum datur in potu cum uino ſubtili lymphato, ſi non adeſt febris. in Peſte, quam M. Antonij milites ex dira auaritia contraxere Peſtem fuiſſe abſque febre eſt uiſum. ſiquidem cum arcula aurea Auidij Caſsij in Apollinis templo apud Seleucium Syriæ ciuitatem cuſtodiretur; dum ipſam lucri ſpe adducti milites effringerent, multa ex ipſis copia mortua eſt. neque malum ceſſauit priuſquam Aſiam totã, græciam ac Romanos infeciſſet. neque à primordio miraculi loco erat reponenda peſtis. nam nouimus ex Alberto magno, hoc uni foueã Patauii effodienti cõtigiſſe; ut ſtatim fouea adaperta mortuus fuerit. quod etiam sbacij accidit ut Andreas Gallus recenſet. tres. n. argenteorum cuniculorum efloſores, in quendam fœtore dirum cuniculum commigrantes, ex fœtida ibi exhalatione interierũt. & recenſet Gabriel Faloppius præceptor meus hoc in Affrica etiam eueniſſe. quoniã cum Trypoli domus cuiuſdam mercatoris, aromatibus gazisq́. plena diu clauſa fuiſſet: prohibita diſflatione, adeo putredinem ex mucore cõtraxit aer, ut patula æde facta, & multi diem obirent ultimum, & toti ciuitati fuerit peſtis communicata. Refert & Diuus Gregorius Eccleſiæ ſanctæ Doctor eximius, quod in ea peſte qua Pelagius Pont. Max. etiam occubuit: qui ab efferata lue detinebantur, uel oſcitando, uel ſternutationes emittendo moriebantur. & tũc illa conſuetudo introducta eſt, ut cum quis oſcitat, crucis ſigno os muniat, & ſiquis ſternutauerit, alius dicat ſaluum te faciat Deus. & iſtis etiam ambulando mors accidebat. ut etiam referũt Matthęus Gradenſis, & Gentilis Fulginas: quod deambulantes, & ab ipſis conſilia petentes homines ſubito moriebãtur: & multotiens ante ipſorum oſtia. eueniſſe etiã Venetiis hac ætate non ignoramus. quapropter uidetur peſtẽ abſque febre oriri poſſe. Hyeronimus Capiuacius illuſtris & clariſsimus uir, meusq́ue amantiſ-

amantiſsimus præceptor, & quē honoris gratia nomino id fieri non poſſe ſtatuit. nam Capiuacius dicebat peſtem eſſe intempe riem febrilem a corpulenta putredine enatam. uōcat Clariſsimus uir corpulentam putredinem; quam excellentem uocat Galenus. ſiquidem cum ut ab Ariſt. notatur ſit putredo corruptio eius quæ in unoquaque eſt humido, propriè & ſecundum naturam caliditatis, ab aliena caliditate. hæc autem eſt, quæ ambientis. Vnde conuincitur quod omne quod debet putrefieri, & calorem proprium habere, & hunc ab extremo ſuperari. ſiquidē tunc putredo & corruptio fit, ut notant Auer. & Olympiodorus poſt Ariſt. quando actiuæ qualitates a paſsiuis ſuperātur. contra uerò generatio. quare in hac lucta, cum minus innatus calor illius rei reſiſtit, uel ob debilitatem, uel quia agens ualde ipſum offendit, & ſuperat; tunc in ipſo magis magiſque excellens putredo fit: ut uidemus ſæpe in aliquibus euenire. nam in ipſis adeo humores inſigniter putreſiunt, ut ob excellentem exuperantiam, ſiue exceſſum, ueneni naturam acquirant. ut doctiſsime demonſtrauit Gal. & etiam fuit uetus quæſtio; & ante ipſum ualde huc & illuc agitata. an. ſ. humores in corporibus noſtris, ad tantam putredinem peruenire poſsint, ut ueneni naturā ſapiant. quod & hyſtoricarū mulierum exēplo docuit Gal. At cū tres ſint noſtri corporis partes, quibus conſtamus: quæ ab Hypp. impetentia, contenta, & continentia dicuntur: nēpe ſpiritus humores, & ſolidę particulæ: Quæſitum eſt apud quū Veteres, tū & Neotericos homines ualde clariſsimos: an febris quę peſtis dicitur, poſsit in his omnibus fieri. Conciliator noluit in ſpiritibus fieri; quia ſpiritum, propter ſui puritatē, nobilitatēq. ait, haud putreſieri. cui ſententiæ adſtipulatur clariſsimus præceptor Hyeronimus Capiuacius. alii uero, ut Ioānes Arculanus Donatus Antonius Altimarus, Hyeronimus Mercurialis, & inter doctiſsimos uiros, non ſecundus Horatius Augenius: dicunt ex Ariſt. omnia putreſcere igne excepto. confirmant experiētia, quę in Brittannia hodie habetur. inibi. n. fiunt peſtilentes q̄dam febres, q̄ ēt a Belgis medicis, & Brittannis, diariæ peſtilentes uel ephemere dicuntur. ex quibus q euadunt, p copioſiſsimū ſudo rē uitā habent, & uti ſaxa eorū corpora dū ſudant, ſint oportet; alioquin, ſi moueātur, ꝓhibito ſudore, ītra diei ſpaciū occūbūt, ac obeunt. Niſi diceremus qđ peſtis Brittānia nō eſt ephemera,

uerum uel hectica, uel putrida. quoniam ut dicebat clariſsimus præceptor meus, non datur calor, qui ſpirituum calorem euocare poſsit, ſine qua actione, haud fieri poteſt putredo; unde inficiuntur ſpiritus bene non autem putreſcunt. & Fracaſtorius dicebat, quod analogia in Brittanica diaria, ſe ad ſanguinis tenuē ſpumam habet. & etiam ad ſpiritus De duobus aliis febris generibus, quæ in humoribus, & partibus ſolidis fiunt. nempe (ut cum medicis loquar) de putrida peſtilenti, & fixa ſiue hectica, nemo, quem ſciam dubitauit Michaelle Mercato excepto. cui conſonum non uidetur; cum Cor ſit membrum principaliſsimum; ut ipſe ait: ut eius ſolida ſubſtantia poſsit a fixa peſtilēti febre occupari, nam ante ſequeretur mors. Cui, & neoterici omnes, & antiqui, tam ex arabum, quam ex græcorum familia, nō conſentiunt. eſtque Galeni contra ipſum teſtimonium, & authoritas. quare mirum eſt uirum, alioquin doctiſsimum, in re tam clara allucinatum eſſe. dicebat Galenus. Verum de colliquantibus febribus diſſerere in poſterum licebit: æque ut de iis hecticis febribus, quæ in peſtilentiis contingunt: cuiuſmodi ea eſt quæ nunc publice graſſatur. Et cum de pulſibus non immutatis in peſtilentia loqueretur, dixit. Nā in genus præcipuè hecticarum, quas vocant, incidunt huiuſcemodi pulſus. ſuntq́. iſtę febres adeo diræ, & truculentæ, ut pote uenenatæ ab excellenti, & corpulenta putredine, ut non ſolum interficiant laborantes: uerum etiam aliis ſuum uenenum contagio mediante cōmunicent. quando contagio ſit ut Fracaſtorii finitione utar; de uno in aliud tranſiens infectio. uel Franciſci Valeriolæ corruptio quædam ei ſimilis, a quo primum manauit, quæ infectione in particulis communicata, ex uno in aliud tranſeat. Quæ triplicem nacta differentiam, uel conctatu inquinat, uel fomitē, in lignis pannis, muris, & cœteris huiuſmodi relinquit, uel ad diſtans ſuæ contagionis ſeminaria communicans, ſui ſimilē generationem facit. ut de ea peſte recenſuimus, quæ ex Aethiopia Athenas eſt progreſſa. diffunduntur ædepol contagionis ſeminaria, ſecundum maiorem, profundiorem, ac potentiorem putredinem. & quamuis ſint hæc ſeminaria contagionis, exhalationes calidæ, quæ aſcendere deberent; non aſcendunt uſque adeo, quin & ad infernas partes meent: quoniam in quodam lentore, & craſsitie conſiſtunt, quæ etiam ab aere attenuantur, ac

diffun-

diffunduntur, ſi in domibus Thalamiſque fuerint, per omnem domum, & uiciniam. ut in fumo fieri ſolet; qui cum ſit & ipſe de exhalationum numero, cum in aera haud recipitur, per omnem diffunditur domũ, & etiam extra, & uidetur fumus quoniam non eſt uſquequaque tenuis, ut contagionis peſtiferæ ſeminaria ſunt. quorum uis, & ſubſtantia, attrahitur inſpirationis modo, & perſpirationis, quæ per arterias uenas, & uniuerſos corporis meatus fit, ac introducitur. Vnde ut Fracaſtorius dicebat, uis innata, ſiue calor ſuum fugiens contrarium, ad ſuũ principium recurrens ſecum putredinis ſeminaria deducit, ac portat. quæ cum ſint lenta, & tenacia, non æque ut attrahuntur expelli poſſunt. unde fit ut uel cum humoribus, uel cum ſolidioribus cordis partibus immiſceantur: & ſi diaria peſtilens ex ſpirituum putredine datur, cum ſpiritibus infarciuntur. & ſic uenenoſam naturam contribuendo, ſecundum analogiam quã habent, animal perdunt. Venenum etiam putredine acquiritur. quoniam cum uenenũm ſit, id omne quod noſtrum corpus, uel ipſius partem cui approximatur, ad ſui ipſius uenenatam naturam trahit, conuertit, & aſsimilat, ut Petrus Abanus Conciliator dictus, ait. quod, ut Auerr. & Auicenna ſenſere, ortũ uel à mineris habet, uel a uegetalibus, uel ab animalibus, uel ex putredine. quare non omnia uenena eodem perdunt modo, ut etiam Peſtis facit. quoniam non eiuſdem rationis ſunt, ſeminaria. perdunt enim uenena quæ mineralia ſunt, quia & habent pernicioſam naturam, quæ noſtro calori contrariatur, & etiam qualitatum actiuarum & paſsiuarum exceſſu noſtri corporis temperiem ac armoniam ſuperantia. calida enim quia inflammant, ac corrodunt. frigida quia ſtupefaciunt, & meatus obſtruunt ac anguſtant. ſicca quia humorem cordis ſubſtantificũ, & ſanguinem conſumunt: nam ſanguis adeo exiccatur, ut ſqualore in ipſo introducto haud per uenas excurrere poſsit. Humida uero ſecus (quamuis aliqui de iis dubitent) tamen eſt hyſtoria apud Galenum nota de eo, qui in ſomno a ſerpente commorſus, cum excitatus ſurgere non ualeret, per manum tractus, oſſa a carne ſunt denudata, & caro tota corrupta. ſed uenenata animalia ideo perdunt, quoniam eorum natura longiſsime ab humana recedit, & ipſa etiam non uno modo interficiunt. nam aliqua uiſu perimunt, ut Catablepha, & Baſiliſcus faciunt. audita

ditu

ditu aliqua, ut quidam ſerpens in Nubia duorum palmorũ lon gitudinis, caput acutum habens, & uirides coloris exiſtẽs: ſibilo exactiſsimè acuto, & aues, & animantia perdit. neque hoc quiſpiam admiretur, quando & muſtella ſerpentem interimat, & ſoncho in pugna, aut galega ſe munit: & tamẽ uelit nolit, in Ranæ rubetæ os decidit, ut multi, & fide digni uiri mihi ſe uidiſſe narrarunt. dãtur enim mira, & prodigioſa ſpectacula in quibus ſumme Dei Opt. Max. Artificis opus laudandũ eſt. ſunt aliqua quæ guſtu, & ſaliua perdunt, ut aſpidi ſurdi ſputus, & canis in rabiem furentis ſaliua. tactu ut eſt apud Auicẽnam hyſtoria de milite qui lancea ſerpentem quum occidiſſet, & ipſe ueneno periit, conto mediante cordi communicato ueneno. ut interim de Proſpero Theſeo, Franciſcæ Genitricis optimæ fratre taceam, qui cum ruri eſſet, & ſerpentem lapidibus occidiſſet, & meſſoribus hyſtoriam narraſſet, quæ ipſis credita non eſt, ob magnitudinem ſerpentis enarratam: unde ſubireſcens ipſe & baculum accepit, & iam enecatam beluam, ad ipſos detulit, quare eadem nocte in immedicabilem dextri loteris paralyſim deuenit. occidunt etiam odoratu uenena, ut fungi quidam praui: ut locupletiſsimus teſtis eſt Razes. eſt Ariſt. author. in Myſia albũ quoddã urſarum genus reperiri, cuius fœminæ cum a uenatoribus inſequuntur, huiuſcemodi ex penito ore flatus emittũt, ut inſectantium canum carnes putreſcere dicantur. pari quoque modo ceteras beluas, cibo ineptas reſpiratione reddere ſolet. Cœterum ſi quis ui prope eas aduentarit, tam magnam pituitate copiam ex ore effundunt, quæ faciei canum, ac ſimili ratione hominũ adhæret, ut ipſos ſuffocare, uel excecare uideatur. Conſtat ẽt apud ſcytas arte uenenum parari, quo delibutæ ſaggitæ immedicabile uulnus infligunt. utuntur etiam & Thurcarũ Reges hoc eodẽ ueneno, ex uiperis & humano ſanguine parato, quo & ſubſellia, & ſtapedes, & indumenta delibuta, irreparabilem necem adferunt. ſunt & quædam uenena, quæ particularem partem noſtrorum corporum reſpiciunt, ut lepus marinus pulmonem, cantarides ueſicam, Ranæ rubetæ ſemen, ſeminalia uaſa. aliqua ſtoliditatem pariunt, aliqua uertigines, alia apoplexiam, ſiue ſiderationem. quæ omnia uel a qualitatibus manifeſtis fiunt, uel a forma quam uocant ſpecificam. quæ eſt elementorum meritũ (ut Conciliatoris uerbo utar) quod fit ſecundum ipſorum proportionem

portionem & in compoſito cõcurſum, & ſyndromen. At peſtis etiam non uno perdit modo; quoniam differt peſtis a peſte, non ſolum ſecundum maiorem minoremve putredinem, ſed etiam ſecundum ipſius ſpecificas formas. quod experientia comprobare licet: quando aliqua Boues ſolum tangat, & illos occidat. Refert Columella quod ſi ægræ porcæ ſtercus Boues deuorarint, in peſtem incidunt, & alüs bobus contagionem communicãt. aliquando oues corripit peſtilentia. quare dicebat Lucretius.

Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpe
Peſtil'tas, etiam pecuis balantibus ægror.

& aliquando ſues, & capras. ſecundum quod, putredinis ſeminaria, ex tellure ortum trahentia, magis analogiam, cũ illa uel altera animantium ſpetie habent. quapropter nil noui fuit, ſi Lucio Pinario, & P. Furio Conſ. ita Peſtilitas mulieres inuaſit, & præſertim utero gerentes, ut fœtus mortuos effundentes, ſtatim perirent. Quæ peſtilentiæ ſeminaria poſſunt a Crinito ſydere terræ motibus mediantibus ortum ducere. unde mures, & cœtera animalia in cauernis, & terræ ſcobres, ac anfractus, habitantia, ſæpe hoc aufugiendo, & rimas anfractus & cauernas relinquẽdo prædicunt. unde eſt apud Poetam.

Sæpe exiguus mus.
Augurium tibi triſte dabit, tellure ſub ima
Quem nonnullus amor tenuit, ſed in aera apertum
Erupit ſcrobibus, uitaq. atque immemor uſus,
Et paruos natos, & dulcia tecta reliquit.
Ipſa etiam tellus non ignara futuri
Quum tremit, atque intus grauida ſuſpirat ab aluo,
Signa dabit. tremuere urbes, & vertice toto
Formidauit Athos, timuitq. ſub æquore Nereus.

Exhalatio.n. quæ terrẹmotuũ cauſſa eſt, non ſolũ noxiũ quiddã acquirit: ſed etiam gignitur ex ipſis putrefactionibus, quæ ſub terra fiunt. quæ eſt cauſſa ut contagioſi morbi, in animantibus fiant, & præſertim brutis, quum ob reſpirationem, quam propè terrã agunt, tũ & ob pabulũ & cubatũ. ex quibus ueniſica illa qualitas uni.cõicata aliud ĩficit & labefactat ut ẽ illud uulgatũ.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

ut poma etiã, malaq. faciũt, & pyra quæ cũ corrupta ſunt, exhalationes è putrido corpore demittẽtia, illæ aeri, & uicinioribus

pomis

pomis ſe immiſcentes; fructus illos perdunt uaſtant & corrumpunt. unde eſt Iuuenalis illud.

Vuaque corrupta liuorem ducit in vua.

Eſt Auicennas author hiſce quidem uerbis, peſtem originem ortumq. a Crinito ſydere trahere. dicebat enim. & ſimiliter quãdo æſtas non eſt uehementis caloris, & eſt uehementis conturbationis, habens matutina alterata puluerulenta: & iam præterierunt in autumno alſcheb, ideſt apparitionis ignitæ & ignes, & Niazech, ideſt ſtella comata, eſt ſignum peſtilentiæ. a quo & doctiſsimus Fernelius accepit. cauſſa autem eſt, quoniam exhalatio illa in ſublime accenſa, quam Cometem uocamus, ualde noſtrum calorem excedit, & ſi id non aduertatur, ut ex mixtione uenenata propter exceſſum, aerem inficiat: ac labefactat calorem noſtrum; unde humores in noſtro corpore, cum regi nõ poſsint ab ipſo innato calido, putreſcũt, ut eſt author Galenus. nã non omnis putredo quæ in corpore noſtro fit, ab obſtructione a qua perſpiratio impeditur, progreditur, ut male quidã ſomniant. quando caloris imbecillitas ſufficiat, & humorum copia quæ ab innato calido regulari non ualeat, unde humores poſtea putreſcunt. fit etiam alia de cauſſa a Comete Peſtis, propter caloris exuperantiam, & ſiccitatem: nã hæc poſſunt & peſtis cauſſam eſſe; ut illa fuit, quæ Thucididis tempore uiguit. ideo dicebat Galenus. contingit autem præcedere ambientis aeris calidi tatem immodicam. quam cauſſam cognouit Manilius; dum peſtem à Comete oriri fatetur.

Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe
Corripit exhuſtis lethalis flamma medullis.
Labenteisq. rapit populos, totusq. per vrbes
Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris.
Qualis Erichtomos peſtis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labent cum fata ruebant.
Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant.
Ceſſerat officium morbis, & funera deerant
Mortibus & lachrimæ feſſus defecerat ignis.
Et coaceruatis ardebant corpora membris.
Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.
Talia ſignificant lucentes ſæpe Cometæ.

Funera cum facibus veniunt, terriſq. minantur
Ardentes ſine fine rogos, cum mundus & ipſa
Aegrotet natura nouum ſortita ſepulchrum.

Et alia etiam de cauſſa poteſt animalia, peſtiferam, dirā ac truculentam luem inuadere: quoniam ſupra cognitum eſt, & id rationibus, authoritatibusque uirorum ſancitum; Cometē ſiccitatem inducere; ex qua, ſqualore in animantibus inducto, & fontibus fluminibusque exiccatis adhuc magis, magiſq. ſanguis torrefit, ac craſſeſcit, ut non belle in animantium uenis difflari poſsit; unde ſequitur putredo; & profunda quidem: quoniam maximam ſortita ſunt animantia ſiccitatem. quæ per accidens putredinem parit: nam ſiccitas putredinis cauſſa eſſe non ſolet; ſed quia ad difflationem inhabiles redduntur humores ideo profundè corrumpuntur: & ſunt Peſtilentiæ cauſſa. quod uidens Pontanus ſic rem hanc expreſsit.

Languentes impunè cadunt cum matribus hedi,
Exanimeſq. iacent paſsim cum matribus agni.
Infelix animam conuulſo in capite linquit
Taurus, & ingentem ipſe cadens dat mole ruinam.
Nec bellator equus non ſicco in margine fontis
Mæret, & aſſuetus moriens capret abdit arenis.
Strata dolent armenta boum armentaq. equorum.
Emigrat calabris procul armentarius agris
Aeger, agens paruos ægra cum coniuge natos.
Vſque adeo infandam in rabiem fera ſæuit Erinnys
Et diuus quatit in terris iacula aſpra Cometes.

Quod & experientia comprobatum eſt, ut apud Romanos aduerſus Volſinienſes bellum parantes, L. Valerio Potito, & M. Manlio Coſſ teſtis eſt Liuius, ſunt & alia, &c. Sunt & alio modo Cometæ Peſtis cauſſę. nam cum ipſi ſiccitatem inducant, & ſterilitates: opus eſt ut animantia prauis ueſcantur cibis: ex quibus mali gignuntur ſucci, qui facillime & profundè putreſcunt, & peſtem pariunt. iſto modo in Aeno, ut refert Gal. ex leguminum eſu peſtilentia uiguit. refert Auenzoar, ſe in Mazaro ob famem homines cadauerum oſſa effringentes ut inde medullas deuorarent uidiſſe quibus deuoratis ſtatim moriebantur. & hoc eſt experientia comprobatum, Clementis V. Pont. Max. tempore ut ſupra eſt adnotatum. quare hoc loco Donatū

Antonium Altimarum mirari ſubit, qui Peſtem nũquam abſq. aeris putredine oriri ſtatuit. Poteſt etiã alio modo Cometes peſtem efficere: nam cum ipſe ſit multotiens, & belli quũ cauſſa, tum præſagium, ut infra declarabimus: unde cum maxima hominum clades ſubſequatur ex bello: quæ inſepulta diu iacent corpora, nec cremantur, tabum contrahunt & putredinem: quę communicata aerem & inquinat & etiam putrefacit; inquinat quoniam exhalationes illæ putridæ, quæ ſunt contagionum ſemina, aeri immiſcentur, & attenuantur, ut ſupra eſt dictum, & ſic a nobis per inſpirationem, ac perſpirationem, quæ inſenſibiliter fit attrahuntur. & etiam quoniam aer cum ſit ſua natura humidus, facile putrefit, & ſi aliter aliqui uiri clariſsimi ſtatuerint. putrefit enim ex putridæ cadauerum exhalationis occaſione poteſt etiam fieri uenenata lues ac peſtifera, ex aquis corruptis, & ſtagnãtibus quæ multotiens a Comete originem trahũt, ſiquidem obſeruatum eſt, poſt multam ſiccitatẽ a Comata ſtella inductam Cœlum multas dediſſe pluuias: ex quibus amnes creuere, & lacus extra proprium ſitum aquas demiſere. ut Cometes ille monſtrauit, qui Iuſtini Imperatoris tempore uiguit. nam eo tempore Tiberim innundaſſe ferunt, unde aquæ ſtagnãtes effectæ poſtea facillime corrumpuntur: a quibus Peſtis poſtea uel facile fit. ut tunc fuit cum Pelagius II. Pont. Max. inter uiuos eſſet. & in Regno Neapolitano Galli Luttrecchio Duce ex hac cauſſa experti ſunt. ea quæ dicta ſunt omnia poſſunt experimento comprobari. nam T. Ebutio. & P. Seruilio Conſ. cum cœlum ex iſtis exhalationibus arſiſſet, adeo fœda tabes militares copias inuaſit, ut plurima ex parte ipſas confecerit. multos nobiles, Conſules, & præcipue plebem fœda tabe deleuit. eſt mihi Eutropius author. & quid dicemus de Comete ſupra Hyroſolimam per annum ante ipſius excidium uiſo? nam ut eſt Ioſeph author, non ſolum bellum, & diram famẽ, ſed & peſtem fecit. Leone II. immaniſsima belua imperante qui a ſceleſtiſsimo Iudeo in ſtolidam uitæ & Imperii longitudinem ductus, ſacras ſanctorum imagines deuaſtare mandauit. & Gregorij II. Pont. Max. tempore uiſus eſt Cometes, cuius coma ſeptentrionem reſpiciebat, adeo dira Peſtis Biſantinos inuaſit, & effrenis: ut trecenti milleni Biſantini diem ultimum clauſerint. Ioanne XVI. Pont. Max. ſedente, uiſa eſt cincinnata; &

dira

dira peſtis Romani inuaſit. & etiam non multo poſt, quam ap paruiſſet Cometæ Ioanne XIX. Pont. Max. Dei Eccleſiam regẽ te, truculenta peſtis intra paucos annos bis exorta eſt. & Clemẽ tis V. Pont. Max. tempore peſtis, cometa pręcedente, fuit. & anno 1340. cum Cometes uiſus eſſet Peſtilentia per biennium & Europam, & ſuas ciuitates (Italiæ præſertim) inuaſit. inter quas (omiſsis aliis) Florentia, Peruſium, Venetiæ valde afflictę ſunt. ſunt authores Platina, Leonarthus Aretinus, Ioannes Vil lanus, & Petrus Marcellus, ar remotis temporibus relictis. Præceſsit Cometes qui in ultima Cometarum ſpecie eſt à nobis repoſitus. & anno 1575. Dira peſtis per Siciliæ inſulam, uagari occepit, & Tridentum, Venetias, Patauium, Brixiam, Veronam, & Vicentiam aliasq. ciuitates fœdauit. qua de cauſſa manifeſtum eſt Crinitas ſtellas peſtem facere, & ante quam inuadat peſtilitas mortales apparere, ut experiendo magis, quam docendo eſt uiſum. At quis fortè non ab re quæſierit, an uti a Cincinnata ſit peſtis, etiam à Solis & Lunæ eclipſi fiat. ut Agathi Primi Pont. Max. tempore obſeruatum eſt, qui in Pontificatum euectus eſt anno 702. & poſt Diuum Petrum Apoſtolum 80. Pontifex fuit. & etiam an poſsit, & à ſyderibus inuicẽ commixtis, & (ut dicunt) prauas conſtellationes efficientibus, peſtis ortum habere. eo præſertim cum huius ſententiæ fuerit Auicennas, & eum ſequuti Conciliator Fernelius, & alii multi, & etiam quidam alii doctiſsimi clariſsimique neoterici. nam ut Andreas Gallus, qui à Ptholemeo accepit eſt author. Cometes fit a conſtellationibus. ideo Cometem 1575. Ioan. Baptiſta Carellus præuidit. quare ſecundum Aſtrologos non ſolum fiunt Cometes ab iſtis vocatis conſtellationibus, ut quando Mars & Saturnus inuicem concurrunt: ſed, etiam ſi ſub Zodiaco circu lo ſiant, Cometæ; uarios effectus producunt, ſecundum, quod ſub iſto, uel alio ſigno oriuntur. quare dicunt quod ſi in Tauro, inque quarta æſtiuali, ac in Oriente crinitum ſydus fiat: bubones innumeroſq. morbos indicabit. ſi in Geminis; puerorum morbos, necem famem, prægnantium abortus auium mortalitatem, corruſcationes uenenoſas, magna tonitrua fructus comburentia protendit. ſi in Cancro bella, neces, & mala multa demonſtrat. ſi in Virgine dolores, cruciatuſque multos, tremoreſq. ac mulieribus flatus, uulneraque & puſtulas decernit. ſi in

Scorpione, multas, easque noxias pluuias, fructuum interitum ex aeris gelu, tenebroſitatem ac humiditatẽ præſagit. ſi in aquario (ſub quo uiſus eſt Cometes hoc anno, & in fine anni præſcriti) lepram, aeris opacitatem, tonitrua multa, corruſcationes, fulmina, multorum interitum ac mortem, & in autũno peſtis Primordia, præmonſtrat. Quorum hominum ſententia, ſi ita eſt uera (uti dicunt) fit ut Mercurius Triſmegiſtus ut Plato, ut Ariſt. ut Calcidius, ut Iamblicus, ut Fauorinus apud Gellium, ut Picus Mirandulanus, & alij multi mẽdacia multa dixerint, dum in Aſtronomos uerba fecere; dicentes Mercurium, & ipſius radios non ſemper uiuificare, ſed perdere, corrumpere, & diſsipare. Vnde uera non erit Ariſt. ſententia, quod in ſempiternis non ſit malum neque peccatum. neque etiam uera narrauit Diuinus Plato, cum animalia cœleſtia uocet aſtra, diuina, corpore pulcherrimo prædita, immortalia, ac beatiſsimam, & optimã animam habentia. & alibi idem Plato dicebat hanc eſſe aſtrorũ naturam, uiſu quidem pulcherrimam, progreſſu, & chorea optima utentem: omniumq́. Chorearum decentiſsima ac magnificẽtiſsima: quæ cunctis animalibus commoda præbet. & Calcidius dicebat. aut omnes ſtellæ bonæ ſunt, & diuinæ, nequicquã malè facientes; aut quædam maleficæ. ſed maleficas eſſe in illo ſancto, & pleno bonitatis loco quatenus conuenit? Cumq́. omnia ſydera plena ſint cœleſtis ſapientiæ, malitiam porrò ſciamus ex dementia naſci; quatenus conuenit maleficas ſtellas eſſe dicere? niſi forte id quod fas non eſt, interdum eaſdem bonas, interdum malignas eſſe exiſtimandum: proptereaque promiſcuè beneficia, & maleficia præbere, ſed hoc abſurdum eſt putare, cœleſtem, ſubſtantiam, una eademque natura præditam, non in omnibus ſtellis eandem eſſe: ſed pleraſq́. tamquam à propria degenerare natura. Hactenus Chalcidius. cui ſententiæ adſtipulatur Proclus, cum inquit. ſuperi harmonia ratione, mundana omnia continent, atque perficiunt, & inuicem accomodant, & ad mundum. Idem ſentit & Timeus Locrẽſis, qui ante Platonẽ uiguit, dicens, Deum Opt. Max. pulcherrimum mundũ fabricaſſe, qui niſi ab ipſo diſſolui nõ poteſt, à quo creatus eſt mundus, & optimus; & ex optimis perfectiſsimiſq́. partibus cõſtare, ut nihil mali in ſe contineat, quod ad eius perfectionem poſsit conducere. omitto quæ Auerroes, & alii dixerint, unde conſtellationes pe-

ſtem efficere haud ualent; quanto minus gignere Cometes? uerum non negamus ut ex Ariſt. ſupra diximus. exhalationem a ſtellis trahi, & accendi. cũ ut diximus ex Auer. ſententia, ſit proprium ſtellarũ, & attrahere, & ignire exhalationes. quæ ignitæ ſi modo hoc, modo illud pariant; eſt ad materiæ qualitatẽ, ipſarum actiones, & moram, & ad ſuam formam, quam uocant ſpecificã proprietatem, referendum. nam aliquis Cometes, peſtem parit alius bellũ, & iſtas generis alia. tñ omnes ſiccitatẽ inducũt & ſterilitatem. a quibus poſtea alia dira, infandaq́. mala ſcaturiunt, & potiſsimũ peſtis. Cęterum peſtilentiã a Sole oriri cẽſet Homerus, qui Creſem ſacerdotem, Apollinẽ præcantẽ inducit, ut Achiuos peſſundet, qm̃ ei dulcẽ filiã reddere nõ uoluerint. Nec mirum eſt ut inquit Heraclides Ponticus, ut Apollo, ſit peſtilitatis cauſſa, quoniam ex nimio colore, ſiccitatem inducẽdo poſsit (ut ſupra diximus) & peſtem inducere, quæ primũ perdet mulos ac canes, quoniam ſunt prona animalia, & prauas a terra exhalationes inſpirant, & muli pabulum captant ab ipſa: uel etiã exhalationes multas cauſando, a quibus Cometæ fiũt, quæ Peſtem faciunt. quod uidens Virgilius. dixit

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut ſyrius ardor
Ille ſitim, morboſq́. ferens mortalibus ægris
Naſcitur, & leuo contriſtat lumine Cœlum.

ſed nũquã Locris, uel Crotone, ut eſt author Pli. peſtil. uiſa eſt.

De Bello. *Cap. VIII.*

VEgetius homines ad Militiam eligebat, quibus oculi magni, collum nerueum, latum pectus, uenter demiſſus, tibiæ femurque ualidum, digiti, & pedes ex carnes eſſent. quos homines ualde Cæſar obſeruabat. neq; uolebat Vegetius, ut ex quocũque ſolo eligerentur, ſed ex mõtano, & lapidoſo cãpeſtri, eſſentq. potius ruſtici q̃ urbani, utpotè qui quottidie terrã fodiſſent, & ferarũ uenationibus aſſueti fuerint. nã ex iſtis artibus & corpora exercitãtur, & robuſta adeo fiũt; ut neq; gelu, neq; calorẽ, aut pluuioſum cœlũ extimeſcant: qñ hæc omnia ſępe ſoleat homo miles experiri. quod ẽt declarauit Ouidius.

Sæpe feres hymbrem cæleſti nube ſolutum
Frigidus in nuda ſæpe iacebis, humo.

Non

Nox, & hyems, longaq. via, ſeuique dolores.
Mollibus his caſtris, & dolor omnis adeſt.

Quare ſi non ſint hoc modo conſtituta corpora, fieri haud pōt, ut militiæ onera ſubire ualeant: ideo Aſiam incolentes homines, minime militiæ labores perferre poſſunt. nam ut eſt author Hypp. quum corpora eorum, ad naturam, ac temperaturā optimæ conſtitutionis accedant; uirilitatem, laborisque tolerantiā ac audaciam, par eſt, ipſos non habere. quæ omnia ipſi Aſiani uidentes, militum copiæ; non uirilitati, ac uirtuti fidunt. manifeſtum eſt hoc & noſtris temporibus: eſt & cognitum antiquis etiam. Nam cum Xerſes bellum in Athenienſes intuliſſet; adeò maximam militum copiam ſibi comparauit, ut flumina exiccaret, montes, uallesque æquaret, & tota Græcia ſuum non caperet exercitum. ſunt authores Iuſtinus ex Trogo Pompeo, Herodotus Halicarnaſeus, Plinius, & Valerius Maximus. fuerunt enim in ſuo exercitu ſeptingēti milleni de ſuo Regno milites, & tercētos millenos de auxiliariis fuiſſe. naues quoq; decies centum millia. grande bellumq. apparatum fuit: cui nihil præter Ducem & uirtutem defuit. nam parua manu deletus eſt exercitus. Et noſtris temporibus, noſtro graui malo ac damno quid Thurcæ agant experimur. nam omne quod agunt, copia, non uirtute agūt. Declarauit hoc Solimanus Thurcarum Rex, dum Viennam præpotentem Auſtriæ ciuitatem cum tercentis millenis militibus obſideret. qui uix Inuictiſsimi Charoli V. Imperatoris nomine audito, qui parua manu, ut obſeſsis opem ferret properabat: aufugit. ſcimus quomodo Cypri Regnum ſit captum nam dum Chriſtiani Principes cunctantur, dum mille modis ganiunt, dum conditiones non admittunt, fame pereūt obſeſsi milites, & Thurcarum multitudine ob rati ſuperantur. Vt militiæ robur Thurcarum Regibus non in uirtute, ſed multitudine conſiſtit. qua carent Chriſtiani Principes, & præſertim Itali; cum ſexcentis Principibus ſubditi ſint. ſunt ex his; qui Italicum robur renouare uelint: ſunt qui nolint, magis ſocordiæ ac auaritiæ ſtudentes, quam Chriſti nomen pio, cādidoque animo proſequantur. unde militię haud uacant, ut olim antiquitas faciebat. quæ ex hominibus, probos in militiam ſe ligebat, & in Tyronicinium formabat. neque decem & ſeptem annis minores nec quatraginta ſex maiores eligebantur. ut eſt

author Alexander ab Alexādro qui ueteribus militibus ideo immiſcebantur, ut uulnera contemnere laborem perferre, acti ter pugnare, nec retro pedem referre condiſcerent. & cum dimicandi tempus in promptu non erat, leui ſchiomachia, curſu, iaculo, ſaltu, lucta, & ſimilibus exercebantur. robur enim acquirebant, & firmabant. ſic Pompeio ſuos milites exagitandi fuit conſuetudo: ſed Cæſaris ſemper demicandi: quoniam non cum Aſiaticis ei bellum erat, ſed cum Europeis. quare timiditatem Aſiaticorumq. hominū ignauiam admiratus Cæſar: Veni, Vidi, & Vici, dixit. ut facillima Pompeio res fuerit, ſi Magni cognomen in tam leui, ignaua, & ſine ullo robore gente, acquiſiuerit. Milites uero in manipulos Cohortes, & legiones diuiſi erant. & manipulus ex quindecim militibus conſtabat, & Vegetio ex decem. Cohors ex quinquaginta manipulis firmabatur. & Vegetio ex militibus quingētis; alijs ex ſeptingētis quinquaginta militibus: & ex decem cohortibus erat Legio conſtituta. nec me latet hunc ordinem nō ſemper ſeruatum eſſe: quoniam manipulus etiam ex uiginti militibus eſt factus, & cohors etiam milliaria fuerit, quæ haberet mille & quingentos pedites, & centum triginta duos æquites. ſic quinquagenariæ cohortes apud Samnites, Latinos, Hernicos, & apud Camertes ſexcentorū militum quandoque fuerunt; ſimili modo & Legio uaria fuit. Romulus enim prius ex tribus millibus peditibus tercentiſque equitibus, legionem conſtituit. at propter Sabinorum aduentum aucta urbe, & creſcente Imperio, ſex millium peditum, ſexcentorumq́. equitum legiones fieri cœptum. Exercitus uero Romanus, ex legionibus quatuor, erat conſtitutus: cui præerat Rex, dum Populus Rom. Regibus ſubditus fuit; deinde Conſules, aliquando unus, aliquando ambo præerant. at legionibus Tribuni militares, ut eſt Author Gullielmus Choul. qui omnes quatuordecim numero erant. primæ legioni quatuor, ſecundæ tres, tertiæ quatuor, quartæ ibidem tres præerant. qui in duo diuidebantur genera, ut dicit Aſconius Pedianus. nam aliqui Comitiales dicebantur, quod patrum ſuffragiis in Comitiis crearentur, alii Ruffuli, eò dicebantur, quod Rutilius Ruffus legem de his creandis ab exercitu quandoque tulerit. ſed miror quod quandoque parem in exercitu cum Conſ. poteſtatem haberent. quibus præerat legatus, & legato cōſul, & urgente Reipub.

pub. neceſsitate, Dictator omnibus præfuit, ſed Tribuni promiſcue tam ex patricio genere, quam plebeio creabantur. quorum officium erat, ut Centurionibus præeſſent, & milites exercerēt, & ut ueſte, armisq. apprimè indutos incederēt, curarēt. & in tam parua militia, ut ait Iulius Pollux, ut par erat, Calones, ſatellites equorum ductores, & equitones aderant. nec milites uno armorum genere utebantur, aliqui enim funda, arcu alij, alij lariſſa, alij pelte, & enſe. noſtro æuo, pauci lariſſa, omnes pyriuolo utuntur. quo ſine non poteſt hodie militia exerceri, ideo per belle dixit Ludouicus Arioſtus. Latine quidem apud Achillem Bocchium.

Redde fabro quicunque tenes miſer arma, uel enſem
Falcatum miles, poſt hac quicunque merere
Era uoles, paruoq. animam diuendere lucro;
Quin cape tormentum belli hoc, humerisq. repone,
Si careas, capies optata ſtipendia numquam.

Contra Romani milites, (ut tetigimus) uel funditores erant, præcurſores uel uelites, Sagittarii. quamuis Aelianus in tres diuidat ordines, pedeſtres milites: in armatos, uelites, & pelſatos. Armati erant qui grauiori armatura induebantur: Velites qui leui. Pelſati erant a pelſibus, quas gerebant dicti. qui ueluti nō uno armorum genere ut ſe munirent, ſed diuerſo utebantur; ut Galea, Ancyle, parma, oueis, Thorace, & Lorica; ita etiam aliis ut alios offenderent, nempe enſe, ſariſſa conſove, haſta, arcu, & ſagittis, & funda. ſed etiam Machinis, ut mœnia euerterent, utebantur. Teſtudine, quæ ex tabulis, & pellibus erat contexta, ut ſunt authores Vegetius, & Ammianus Marcellinus. & arietibus, quorum inuētio, apud Carthaginenſes fuit, pro Gaddarum expugnatione. & faber Tyrius nomine Pephaſmenos, inuentum perpoliuit, & multa adiecit, ut feriret Aries retrocederetq. ſine noxa. quæ machina ita à Pamphylo deſcribitur.

Rumpo fores, muros quatio, demolior arces:
Cornua ferrata ſub trabe dura gero.

Vtebantur etiam & catapultis, ut ingentia ſaxa in hoſtes immitterent, ut & Baliſtis, Scorpionibus, & turribus, & codeis, & aliis quibuſdam inſtrumentis. At noſtra ætate, cum ſit ferrea tota, nec ullibi Benignitas niſi apud cœlites reperiatur; noſtri Principes non catapultis, & arietibus, ſed Aeneis bellicis tormentis utuntur.

utuntur. quorum uim & ruiuam, quę mœnia ferre queunt, teſtis eſt Salamis in Cypri inſula, (noſtri uocant Famaguſtam) teſtis eſt in Aphrica Goletta, & aliæ ingentes arces, nũquam niſi hoc Satanico inſtrumento, & ab infandiſsimo monſtro inuẽto, expugnandæ: ſecum ducente ſonitum rabiem, impetum, ardorem, ac furorem, ut expreſsit idẽ Pamphylus Saxo hoc diſtico.

Vis, ſonitus, rabies, motus, furor, impetus, ardor,
Sunt mecum: Mars hæc ferreus arma timet.

Nec ſatis eſt ut mille modis Bellum, ut homines mactentur, dilanientur & obtruncentur, cum infinitis penè huiuſcæ farinę machinis; paretur: ut apud Thurcas præſertim frequentiſsime fit, cum ingentes machinæ apud eos, ita uideantur, ut ipſarum os ſi circum palmo metiaris; magis quàm nonam palmarem figuram excedant. ut in ſcodræ obſidione factum eſt; hoc referẽte Frãciſco Sanſouino. ſed mille ẽt artes inueniuntur ſtratagemmata, cuniculi, uenenatæ aquæ & cum farina Gipſi mixtura, ut impius Emanuel II. Conſtantinopolitanus Imp. cũ Conrado exercitu fecit, cũ Hyeroſolymarum Rex Balduinus eſſet. occultationes cautæ, faces ardentes, quibus ut Cardanus docet, ſignificantur hoſtes, qũo ſe habeat obſeſſa ciuitas; & denique multa mala uidentur in bello, & pręſertim ſi hũc præmonſtrauit cometes. qm̃ ab ipſo magis Principum animi ad iram proni fiunt, adeo effreni, ut ſtare loco nequeant; & quamlibet diſplicentiam, magnã & admiratione dignam, iniuriam reputent. quod fit, dum in eis regnat ambitio & cœca dominandi auiditas. hinc tumultus, cædes, hinc bella ſuſcitantur. inflammatis, & accenſis humoribus, ex quibus ſpiritus fiunt: unde ebullit ſanguis circa cor, excalfacto a comete. nec iſta ebullitio domari põt, cũ a ſenſibus ducantur Principes; hinc uindictã appetunt. & nõ ſolũ Principes, ſed & infimæ fortunæ hoĩes agunt hoc, & in mediũ promunt. unde calamitates maximæ inter ciues uidentur: interq. leuẽ populũ iurgia clades inteſtinæ occiſiones proditiones, deceptiones, fraudes. Diſcunt multoties à maioribus. nam uti extat apud Plato. Quales in Repub. Principes eſſe ſolent: tales & reliquos ſolere eſſe ciues. quod expreſsit ad Honorium Claudianus dum ait,

Tu Ciuem patrumq. geras tu Conſule cunctis
Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota
In omune iubes ſi quid cenſeſq. tenendum,

Primus iuſſa ſubi. tunc obſeruantior æqui
Fit populus: nec ferre uetat: cum viderit ipſum
Actorem parere ſibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Igitur Cometes poteſt bellum prædicere, & per accidens (ut loquuntur) cauſare quod experientia cognitũ eſt. nam antequã apud Salaminem Græcia pugnaret, crinitum ſydus per plures dies uiſum eſt; ſimiliter & antequam Aſiæ Regnũ, quod apud Priamum Troiæ Regem erat, ad nihilum deductum eſſet, eſt author Dion quod priuſquam Cicero in Senatu, contra Marcum Antonium declamaret. uiſus ſit per dies plures Cometes; quamuis & alia ſigna prodigiaq. uiſa fuerint, unde maximum, bellum ſequutum eſt, & cum Xyphia ſupra Hyeroſolimas per annum integrum uiſus eſſet; maximum, & miſerandum bellum ſequutum eſt, & ita ſequutum, ut Hæbrei oẽs peſſundati ſint. huiuſce rei eſt author Euſepius Cæſarienſis poſt Ioſeph. fuit Cometes dum Conſtantinus imperaret, cui ſucceſſit Iuſtinianus ſecundus, eius filius: quo tempore Longobardorum Rex Pertaris in Italia regnabat: & Benedictus ſecũdus Pontifex Max. Dei Eccleſiam gubernabat, & ſub Ioanne V. eius ſucceſſore Abimelech ſaracenorum Dux, & Aphricam, & Lybiam bello occupauit, ex quo facto Iuſtinianus exercitũ parare coactus, Abimelechis inſolentiam, & temeritatem edomuit. & cum Cometes ſub Sergio Pont. Max. fuerit conſpectus. Anaſtaſio III. ſuccedente Patricius Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani Dux; apud Apulos, & Calabros, cũ Landulfo Beneuẽtano Principe acriter dimicauit: a quo fractus eſt Græcus; alioquin & totam Italiam hoſtiliter inuadere in animo conceperat. & quot bella inter Italos, Gallos, & Germanos ob Imperium fuere? quid egit Berengarius cum Rodulfo Comitis Guidonis filio? a quo & ſuperatus eſt apud Veronam. Eſt author Platina quod ſub Ioanne XIX. plures apparuere Cometes: hinc paullo poſt Itali Principes coaceruatis militibus, Saracenos ex Sicilia inſula expulere: & ob male diuiſam prædam Gulielmus cognomine Ferebæ, Moloccum, Michaellis Chatalaici Imperatoris Conſtantinopolitani Ducem oppreſsit, exercitum

citum fugauit, & græcos ex Apulia expulit. Et cum Comatum ſydus (de quo etiam ſupra egimus) Bonifacij VIII. tempore uiſum fuiſſet, nonne diræ ſequutæ ſunt inter homines clades? quoniam in Italia illæ ferinæ, ac inteſtinæ inimicitiæ, propter factiones illas Guelfas, & Gibellinas uigebant: quibus etiam diſcordiis fauebant & Principes. igitur Gibellini & Guelfi, mutatis nominibus, albi & nigri uocati ſunt. Cœterum peſsima, & infanda Gibellinorum, ac Guelforum nomina, apud Piſtorienſes primum, quando à Panciatis expulſi ſunt Cancellerii ciues: nominata ſunt: & recepta a Guelfo, & Gibello fratribus teutonicis 1240. cum eſſet Piſis Fredericus II. Imperator. unde qui fauentes Imperatori, ei adhæſere Gibellini uocati ſunt: qui Eccleſiæ fauiſſent Guelfi. q̃ diræ, & atroces factiones ſupra quinquaginta annos uiguere. quæ mutatis nominibus albæ & nigræ ſunt uocatæ. ut Gibellini albi uocati ſint, & Guelfi nigri, quorum nomina apud Etruſcos etiam penè uſque ad noſtra tempora permanſere: ut in agro flamineo Guelſi & Gibellini. at in Vmbria Columnenſes, & Vrſini ſunt vocati. ut Vrſini eſſent, & Guelfi, & nigri, contra Columnenſes albi & Gibellini. unde & Criſtas, & ueſtimenta non uno more ferebant. quinimo Guelfi iurantes pollicem, Gibellini indicem, eleuabant: & ob iſtas dementias ſi Guelfus ex ſignis Gibellinum cognouiſſet, eum occidebat, ò dira & infanda ſtultitia. qui (proh dolor) dũ inuicem arma exercent, hoc dementiæ nomine; non ſolum domos peſſundant, ſed & oppida, & præclaras ciuitates. Hinc eſt ut non adhuc Caſsiam reſtauratam uideamus: in qua Gubernator iam per Biennium es PYRRHE STEHANVTI: & ego rem Medicam per quadriennium facio: ſed multis in locis mutilatam & ab igne crematam, ob ciuium diſcordias, & factiones iſtas, conuocantium Sarram Columnam, & Vrſinos in ſui perniciem & deſolationem. Igitur ſi debent iſtas calamitates Prodigia præcedere, non eſt abſurdum; quoniam publicæ ſunt. quapropter non eſt mirandum, cum albi & nigri uocati ſunt ſi præceſsit Cometes. & antequam Galeazius Vicecomes Mediolani Dux diem ultimum clauderet, cum Cometa appariuiſſet, maxima bella ſunt ſequuta. unde milites ſunt in Brachianas, & ſfortianas acies diuiſi, & iſti iam exoletam militiã, & in tenebris non modo Italis deuolutam, ſed apud exteras na-

tiones conuolatam ab Alberico à Cunio ſtrenuiſsimo milite di dicerunt: ex quo, tamquã ex Troiano equo, optimi milites ſtrenuiq. Duces emerſere, & Caliſto huius nominis tertio Pontificatum tenente, cum cincinnata rubea diu uiſa eſſet: Thurcarũ Imp. Neocæſariam, ui cœpit mactato Imp. & paullo poſt Iacobus Piccininus, à Venetis deficiens Senenſes prælio occupare tentauit. & multa alia bella, acta ſunt cũ ab Alphonſo Neapolitani agri Rege, tum & à prædicto Iacobo Picinino: quo debili à ſfortiana militia facto, Senenſes Caliſti ẽt opera, reſpirare cœperunt. multas alias crinitas ſtellas & ante urbem conditam, & dũ Regibus obediret, & dũ libera eſſet prætereo: & ẽt alias, quæ paullo ante hanc, cuius occaſione hæc litteris mandamus uiſæ ſunt, ſilentio inuoluo. ex quibus ſemper uel bellũ, uel aliqua inſignis calamitas ẽ ſubſequuta. unde rectè dictũ eſt a Manilio.

Quin & bella canunt ignes, ſubitoſq. tumultus,
Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma
Extremas modo pergentis vt fœdere rupto,
Cum fera ductorem rapuit Germania Varrum.
Infecitq. trium legionum ſanguine campos
Arſerunt toto paſſim minitantia mundo
Lumina, & ipſa tulit bellum natura per ignes,
Oppoſuitq. ſuas vires, finemq. minata eſt.
Nec mirere graues rerumq. hominumq. ruinas,
Sæpe domi culpa eſt. neſcimus credere Cœlo.
Ciuileis etiam motus cognataq. bella
Significant, nec plura aliàs incendia Mundus
Suſtinuit, quam cum ducibus iurata cruentas
Arma philippeos implerunt agmine campos.
Vixq. etiam ſicca miles Romanus arena
Oſſa virum, laceroſq. prius ſuperaſtitit artus,
Imperiumq. ſuis conflixit viribus ipſum,
Perq. Patris Pater Auguſtus veſtigia vicit.
Nec dum finis erat, reſtabant actia bella
Dotali commiſſa ṗre, repetitaq. rerum
Prælia & in ponto quæſitus rector Olympi,
Fœmineum ſortita iugum cum pompa rependit.
Atq. ipſa Iſiaco certarum fulmina ſiſtro.
Reſtabant profugo ſeruilia milite bella,

Cum

Cum patrios armis imitatus filius hoſtis
Aequora Pompeius cępit defenſa parenti
Atq. adamantis Diſcordia victa Cathenis
Aeternos hebetat frẽnos in carcere clauſa.

& Ioannes Pontanus ſic dicebat.

Si ſteterint certoq. loco veſtigia figent,
Finitimi bello inuadent, ciuiliaq. arma
Fędabunt ſocias cognato ſanguine dextras
Sin ortum tendent verſus, peregrina moueri
Bella ſcias, hoſtemq. externis adfore ab oris.
Tu vero quod decernit mauortius ignis
Infœlix cœli ſydus, quod nuncius areas,
Hoc dirum in primis ſtatues ſignare cometem.
Ipſi etiam tibi ſigna dabunt manifeſta colores.
Halitus ille autem æſtiuam ſublatus in oram,
Mole ingens tractu, longusq. & plurimus ipſo,
Multa etiam fomenta ferens, concepit vbi ignes,
Flammatos ignes, & latè incendia ſerpunt.
Fit comaq. rutilum ſpargat de vertice crinem,
Et longo fumoſa trahat veſtigia paſſu,
Sed Solem, Soliſq. uiam declinat ad arcton,
Sæpe iter intendens, celeri nunc cognitus axe,
Nunc lento temone premens tardantia lora.
Nam memini quondam Icario de ſydere lapſum
Squallentem præferre comam, tardoq. meatu
Plectere ſub gelidum boreæ penetralibus orbem,
Hinc rurſum præferre caput curſuq. ſecundo
Vertere in occaſu, ac laxis inſiſtere habenis.
Donec Agenorei ſenſit fera cornua Tauri.
Ergo interſeſe aduerſis concurrere ſignis
Hinc Thurcas, illinc Parthorum examina vidit
Eufrates belli medius. Caput extulit alueo
Armorum ſonitu excitus mauortius Iſter.
Vix numquam maiore alias in Prœlia uentum eſt
Mole virum. lato manarunt ſanguine campi.
Horruit Oceanus dum tot procul amne cruento
Verſat Rhenus agens, ſimul arma, viroſq. duceſq.
Cognatos enſeis atq; impia cominus arma

Inſulit aſuetis gaudens Hyſpania bellis.
Obſtupuit gemuitq. ſimul mauortia calpe
Ingentes velorum alas, crepitantiaq. arma
Oceano & freta lata citis ſpumantia remis.
Nox Tingitanis ſæuire incendia tectis,
Atque amnis. Tabo ſqualore,, & ſanguine campos.

Cœterum non decernit bella, ut eſt author Pontanus Cometes niſi in matutino crinite ortus ſit, & in declinante, hoc eſt duodecimo loco. tunc morbos, morteſq. ignobilium hominum decernit, ac bella, bellorumq. cauſſas. ſed bella ab externo mouebuntur hoſte, ſi crinita, ita in cœlo moue bitur, ut appareat in ortu ab occaſu ferri. & in Oriente crinite malorum celeritatē, in Occidente tarditatem denotant. ſic priuſquam Tamyris, uel ſi mauis Tamorlanus Scytharum ac Parthorum Rex, cum innumerabili manu (ferunt eundem numerum militum cū Xerſe habuiſſe.) Aſiam inuaderet longinquis è terris mouens: in Orientis cœli cardine ingens cometes conſpectus eſt: qui ortū uerſus ferretur: hunc haud multo poſt ingens Aſiæ penè totius clades eſt ſequuta, & antequam Vſumnus Caſſanus Parthiæ, ac Armeniæ Rex, ad Eufratem proficiſcererur, eo conſilio ut Aſiam inuaderet, apparuit cometes, & per multos dies, mēſeſq. uiſus eſt. At Vſumnus Caſſanus collatis ſignis ita cum Maumet to Thurcarum Rege dimicauit, ut ingentem, & inferret, & cladem acciperet. nam duo potentiſsimi exercitus, duo Maximi Duces paucis interpoſitis diebus bis conflixere. Eodem tēpore Alphonſus Luſitanorum Rex ſatis magna claſſe in Aphricam Trahiciens, duas nobiliſsimas vrbes Tigir, & Argillā ui cœpit, & Tigitanam armis ſubactam imperio ſuo adiecit, iiſdem etiā temporibus vniuerſa Hyſpania bello quaſſata eſt: & Charolus Burgundiorum Dux, aduerſus finitimos quoſdam populos Reguloſque bellum mouit; & adeo mouit, ut per multos etiam annos maximum bellorum tumultum excitauerit, & ita excitauit ut uix eius morte ſit ſedatus. ſic etiam antequam Banducar Babiloniæ, atque Aſyriorum Rex Armeniam ingentibus copiis inuaſiſſet, Anthiochiam expugnaſſet Chriſtianorum ſtragem ingentem feciſſet Cincinnata comparuit. & anno poſt Corradinus uictus, & a Charolo Rege ſecuri percuſſus eſt. & anno ſexto à Cometæ apparitione (ne quis putet nos ruinam a crinito

ſydere

ſydere uiſo, euaſiſſe) Ludouicus Gallorum Rex, in Aphricam traiiciens Charthaginem ui cœpit. quare recte dixit Manilius.

Numquam futilibus excanduit ignibus ather.

& hoc anno, multa mala, & clades accepit Thurcarũ Rex, quã a Perſiæ Rege, tum & a Presbitero Ioanne uocato Indiarũ potentiſsimo Rege. & ſatis in fœlici ſucceſſu Luſitanorum Rex in Aphricam traiecit, ubi cum conflixiſſet cum Marocchi & fezzæ Rege & ipſe, & uniuerſus exercitus deletus eſt, maximo Chriſtianorum damno. ideo bene dicebat Virgilius.

Numquam Cœlo ſpectatum impune cometem.

De Principum Morte. Cap. IX.

QVamuis omnibus ſit commune mori, & ut Horatius ait, Mors æquo pede pulſet pauperum tabernas, Regumq́. turres. nihilominus Regibus, Principibusq́. ut potè in delicijs uiuentibus, adeo ipſa eſt odioſa, ut uel ipſius nomen audire non poſsint. nihilq́. terribilius ipſis accidere poſſe demonſtrant: & tamen ualde decipiuntur. ſiquidem (ut primo diximus libro) fieri non poteſt, ut hic quis fœlix ſit, cum anima in hoc corpore, uti in carcere conſiſtat. & Mors nihil aliud ſit ut eſt etiam Clemens Alexandrinus author, quàm animæ ab ipſo corpore ſeparatio: illeq́. ſolus mortem timet, qui eius ſeruus eſt ut apud Clementem Heraclitus eſt author, cum dicit.

Qui mortis eſt ſeruus timore is haud vacat.

Vnde quum nulli ſit conceſſum, ut mortẽ euitare queat, ſummo applauſu, cum uenit excipienda eſt: nam ut Theopompus apud eundem Clementem dicit. ſi cum præſens quidem uitaſſemus periculum, liceret reliquum tempus ſecure tranſigere, non eſſet mirandum ſi uitæ eſſemus cupidi. nũc autem uitæ noſtræ tot ſunt ingenerata, imminentq́. pericula fatalia, ut mortẽ in prælio oppetere uideatur magis optandum. & Chilo apud eundem dicebat ſponde, noxa præſto eſt: quoniã parcæ caueri nullo modo poſſunt ut ait Phanocles.

Sed nec caueri vllo modo parca queunt,
Alma à quibuſcunque terra depaſcitur.

& ideo dixit Homerus.

Dico

Dico nulli hominum mortem vitare licere.

Ideo & ſi in qualibet domuncula te occultaueris, mors adeſt, & propinquior eſt quãdoq. magis quàm quiſque putat: quod eſt & à Propertio dictum.

Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexum Cæsaris eſſe focos,
Aut modò tam pleno fluitantia vela Theatro,
Et per maternas omnia geſta manus.
Occidit, & miſero ſteterat uigeſimis annus,
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies.
I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaq. in plauſum tota Theatra iuuent.
Attalicas ſupera veſtes, atq. omnia magnis
Gemmea ſint ludis, ignibus iſta dabis.
Sed tamen huc omnes, huc primus & vltimus ordo,
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via eſt.
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla,
Scadenda eſt Torui publica Cymba ſenis.
Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Nerea non facies, non uis exemit Achillem,
Crœſum aut parcoli, quas parit humor opes.

Quæ mors non ſolum quia anima ad lucem illam maximam à qua eſt affigiata, ut Triſmegiſtus ait, redire cupiat; ideo venit & corporis animæq. nexus diſſoluitur: ſed quoniam animantium corpora, cũ ex tribus principiis conſtent, Materia, forma, & priuatione, ut diſſoluantur eſt neceſſe. nã materiæ primę propriũ, peculiare, ac perpetuum eſt aliam forman appetere ac requirere, hincque ſemper ut Auerr. eſt author corporum diſſolutionẽ machinatur. Et cum iſta tria rerum primordia; ignis, aer, aqua, & tellus, ſequantur; & cum ipſis miſceantur, ac uniantur: fieri etiam hac de cauſſa non poteſt, ut corpora non diſſoluantur: nam elementa in compoſito uiolenter detinentur: non eſt enim eorum naturalis locus compoſitum; unde diſſolutionem appetunt; ac tandem leui nacta occaſione, moliuntur: & ſic ut magnus dicebat Hypp. terra, aqua, aer & ignis ad ſuas ſpheras, ſedesq. conuolant. Ex quibui iam Thomæ de Garbo error manifeſtus euadit, ut dicit Marcus Antonius Zimara. qui putabat

hominem

hominem immortalem futurum fore, ſi humidum (radicale uocant medici) reſtaurari poſſet. ſimilis fere ſententia Medici illius Afri apud Galenum extat: qui immortalitatem promittebat, & in quodam ſuo libello multa ne homines ſenio afficerẽtur, in medium promebat. qui nec conſequi immortalitatẽ potuit, nec minus quin ſenio afficeretur euitare potuit: & denique mortem. Nam cum noſtra natura, (ut Medici aiunt) conſiſtat ex naturali, ſiue radicali humido; quod continuo ab innato calore, depaſcitur, ac conſumitur: qui quottidie ob ætatem mutatur, acriorq́. euadit, (uocant eum medici calorem adquiſititium) quo iuuenes abundant; & natiuo pueri; ut potè à principio humido uenientes: fit ut natura humiditas ad cõſumptionem tendat, non ſecus quam oleum, dum in lucerna a flamma conſumitur: ſiquidem humiditas illas, eſt caloris innati pabulum. & cum humiditas illa, & quantitate, & qualitate conſumatur reſeruari non poſsit; eo quia calor in dies diminuitur, ac deficit, & etiam partes, quæ ipſum humorem continẽt exiccantur: neque poſſunt ſuo fungi munere, eo modo quo prius fungebantur. indicat puerorum uoracitas, & ſenum inapetentia. fit ut conſupto pabulo calor deficiat, qui defectus mors appellatur. neque ob aliam cauſſam a natura inſtitutus eſt cibus; niſi ut animalia ex ipſo humidum, caloris pabulum reſtaurent. quæ mors non omnibus eadem eſt, quando uarii ſint modi, quibus homo è uita migrat, nimis tritæ paſsim hyſtoriæ ſunt, ſed lubet aliquas recenſere; ferro occubuit Lucretia, Portia igne, Cleopatra venenata fera: apud indos orientales, Brammanorũ uxores, uiuas ſe ipſas, poſt mariti mortem, in ardentes rogos præcipites dant. Seruus fuit apud Galenum, qui cum ab hæro uerberibus eſſet affectus, in terra proſtratus tam diu reſpirationem compreſsit, quo uſque exanimatus eſt. Marcus Portius Cato, qui Vticenſis eſt appellatus quum nimis fortiter Pompeium adamaret, & eundem à Cæſare ſuperatum reſciſſet; lecto prius Platonis Phedone, ſibi mortem enſe conſciuit: qua non peracta, & uulneribus a Medicis laqueo obſtrictis, enſeq́. ablato: cum iam uigiles dormire cœpiſſent, ipſe manibus vulneri admotis, & laqueos diſrumpit, & extractis inteſtinis, propriis manibus lactes lacerauit: nec prius ab opere deſtitit. quã morte præoccupatus eſſet. Infœlix Dementia, ut ait Lactantius

Firmianus. taceo multa alia mortis genera, quæ paſsim apud Plinium, & Valerium Maximum leguntur. At mors quocũque paretur modo, eſſe non poteſt, niſi cor refrigeretur. quod eſt caloris fons: ideo primum uiuens, & ultimum moriens ab Ariſto. dicitur. ideo ipſe dicebat omnibus interitum aduenire ob calidi defectum; perfectis in quo ſubſtantiæ eſt principium, cum quo & ſuperna, & inferna copulantur, & communicant. Stirpibus autem medium caudicis, & radicis: animalibus uero ſanguine præditis cor; ſanguine uerò carẽtibus id quod cordi proportione reſpondet. unde fit, ut multa animalia quæ inſecta dicuntur, ſi præcidantur uiuant, & partes illæ abſciſſæ moueantur. ſunt etiam aliqua animalia quæ ſanguinem habẽt frigidum, & non multum uiuacia ſunt; quibus ſi adimatur cor, etiam diu uiuunt, ut teſtudines, ut eſt idem Ariſt. author. & hæc eſt cauſſa cur ſenes ita facilè moriantur, & abſque noxa. ſiquidẽ calor ipſorum, iam penè refrigeratus eſt, ut ſit reſtinctus. quod etiam Tabidis uſu uenit: nam cum a febre conſumantur, & refrigeratur, & reſtinguitur calor: ideo propè mortem frigidæ extremitates fiunt: recurrente paruulo calore ad cor ſuum principium. ſed illud non eſt ſilentio obuoluẽdum, quod idem docet Ariſt. Calorem natiuum, quandoq. non refrigerari; ſed contabeſcere. idq. fit, cum non refrigeratur; ut in ſeruo illo accidit, de quo ex Gal. uerba fecimus. nam ſi non refrigeretur, quod fit reſpiratione mediante, uel perſpiratione, quæ inſenſibiliter fit; ut in animantibus, quæ hyeme in cauernis uitam ducunt; (alioquin in ipſis non ſtaret uita) tabeſcit. huius autem rei ſignum eſt, ignis qui commoritur ni perſpirationem habeat: quæ fit ab aere, dum uel per cineris partes ingreditur, ſi ſub ipſis cineribus tegatur. at illis, qui morbo aliquo detinentur mors accidit, prout morbus ipſam parit. nam aliquibus contabeſcit, aliquibus uerò refrigeratur calor. quæ duo poſſunt uel facile à Comete fieri: quoniam ipſius temperies ualde à noſtra diſsidet: nam ut alias dictum eſt, calor noſter natiuus, habet humidam ſubſtantiam, & aeream, Crinitum uerò ſydus, eſt igneum, unde conſumitur, & contabeſcit. uel etiam ab illo truci calore diſsipatur humor ille ſubſtantificus. At Principibus eò cauſſatur mors à Comete, quoniam eorum temperies, uel eſt temperata, uel ad temperatam accedit. uel potius ut eſt author Iacobus

Sprenger,

Sprenger, quoniam Principum corpora,nuntriuntur calidis & ſiccis: ut & alii diuites faciunt,ſe ipſos calidis rebus nutrientes. ideo in eis ſanguis gignitur calidus, a quo humidum naturale reſtauratur, & calor inſitus, qui ab eo pabulum capit. idcirco facile inflammari poteſt ſanguis, & omnes accendi humores poſſunt, & putredinem contrahere, & ſic ipſis mortem accidere. Ioannes uerò Damaſcenus uult immediate a Deo Optimo Max. Cometem fieri: nec aliud eſſe quam præſagium, & prognoſticum mortis Regum, & Principum. quæ non poteſt accidere,niſi refrigerato,uel tabeſcente calore. & hoc non repugnat Damaſceno.ſiquidem fieri poteſt,ut exhalationum illarum congregatio,ut Iacobus Sprenger tenet, & nos nõ negamus ab Angelis fiat,& hoc Dei benedicti iuſſu,deinde accendatur exhalationum illa congeries a ſtellis ut diximus; & ſic effectus producere; uel ſi hoc ſolum ſupra naturam fiat, tantum præſagium & prognoſticum ſit Cometes, non uerò cauſſa, ſed ſi naturaliter loquamur, Principes opiparè viuunt; & adeo calidis utuntur cibariis, ut miſerè etiam uitam ducant. non enim hyeme aliqui Glaciem & niuem potarent, niſi & maiori ciborum copia, & apparatu,& diuerſitate,& aromatibus omnibus ueſcerentur.ex quibus manifeſtum eſt,nõ gigni niſi ſanguinem calidũ. ideoq́. morbis acutis tentari. ſi uerò aliqui reperiantur, qui podagra, nephritide, paralıſi, & ſideratione tententur. hæc a ciborum copia, uel a Venere, quo maxime delectantur habent: neque alia de cauſſa ipſis Podagra aduenit: quæ Veneris, & Bacchi filia eſt. aliis etiamnum morbis tentantur, & illis potiſsimũ qui a calidis cruditatibus ortum habent, magis quàm a frigidis: quæ & caput replent; quando Principes maxime curis afficiantur, & ob corporum cuſtodiam, & Regnorum. hincq́. ſideratio accidit, paraliſis, & ſi uera eſt Fernelii opinio, ut a capite humor podagram faciens deſcendat; Podagra etiam fit. qui morbi a plenitudine fiunt; qua ſolent perſæpe Principes redundare. ſunt enim aliqui ex ipſis uoraces. Caldius Biberius Mero,optime uorabat. Ingurgitabat per belle Vitellius: qui Suetonio referente epulas quadrifariam partiebatur, in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes: & omnibus his ſufficiebat, uomendi conſuetudine. isq́ue fuit, non profundæ modo,ſed intempeſtiuæ, & adeo ſordidæ gulæ, ut carnes holocauſtum, non peractis

ſacrificiis, ante aras abſumeret. Clodius albinus, tam profunda fuit uentris ingluuie, ut quingentas ficus, cẽtum campana perſica, melones Oſtienſes decem, uuarum labicanarum pondo uiginti, ficedulas centum, oſtrea quadraginta, una deuoraret cœna. Caligula maximam partem a Tiberio relicti theſauri cœnis, comeſſationibusq. cum lenonibus, & ſcortis deuorauit. nec etiam minor in Aurelio Comodo, uẽtris ingluuies, & uoracitas deſiderata eſt; qui dum adoleſcens eſſet, mirè continens, & ſobrius fuit: nam cum acuta laboraret febre, & ſexta eſſet ſoluta febris; prædixit Galenus cuius curatio, ei demandata erat, decima quarta febrem redituram; id quod eueniens, & a febre cum liber a ſexta uſque ad decimã quartam diem fuiſſet, Galeni iuſſu, uinum non bibit. poſtea adeo ebrius fuit, ut multa mala ab ipſo fierent. quare cum eſſet a coniuratis ueneno petitus: Martia eius pellice, uinum in quo uenenũ erat, & quo maximè oblectabatur; porrigente. & cum uomitu uenenum reiceret, Narciſus Comodum è uiuis mucrone ſubſtulit. at ad externos pergo. eſt author Herodotus Halicarnaſeus: Cambyſem ciborum gurgitem ebriumve fuiſſe. hinc multa praua facinora ab ipſo ſunt patrata. nam & Smerdim fratrem (alii Merigidem dicunt) & ſororem, quam in matrimonium duxerat, necauit. nec minus in Prexaſpem (quem Iuſtinus Comarim uocat) inſaniuit. nã cum eum eſſet Cambyſes percontatus, quid de ipſo ſentirent Perſæ. ille libere reſpondit dicens. Here cœtera omnia in te quidẽ magnis laudibus ferunt Perſæ, ſed nimis te uino deditũ aiunt eſſe. Quibus Cambyſes indignatus uerbis, ſiccine inquit Perſę me aiunt uino deditum deſipere, nec mentis eſſe compotẽ? ex quibus, ſi filij tui qui in ueſtibulo ſtat, medium cor non fruſtrato ictu percuſſero, conſtabit nihil eſſe quod Perſæ dicunt, ſin aberrauero, uera dicere loquiq. perſas. hoc loquutus arcum intendens puerum percuſsit, atque eum collapſum diſcindi iuſsit, inſpiciq. ictum. cumque in corde eſſet inuenta ſagitta lætabũdus ob id ac cachinnans, dixit ad pueri genitorem. Prexaſpes facta eſt tibi fides, non me ſed Perſas inſanire. Verum nunc mihi dicito, quem nam ex omnibus hominibus iam noſti ita ad deſtinatum emittere ſagittas? Pregaſpes aduertens hominis dementiã, ne ſibi id quod filio, accideret reſpondit. Here ego ne deũ quidem arbitror tam probè percutere. Eſt mihi author Rauiſius

Camblem

Camblem lydorum Regem eò uoracitatis, ebrietatisq́. potẽtiã eſſe euectum, ut nocte quadam & uxorem abſumpſerit. Mitridates præmia iis, qui gulæ irritamenta inueniſſent conſtituit. Alexãder Macedo bene potus multa dira faciebat. ſcribit Chriſipus apud Atheneum, ſe habere Clarum Gulonem; qui calidã ore aquam gargarizabat, & manus etiam intra calidiſsimã aquã demittebat, ut aſſuefieret ad cibos etiam calidiſsimos deuorandos, nec ſolus iſte fuit, fuere & alii cõplures. unde quidã apud Crobylum Comicum ſic dicebat.

Ad hæc ego certè nimis calentia
Nunc frigidas habeo manus, & piſcium
Incendo guttur carnibus ſuauiſsimè
Caminus haud homo.

Phyloxenum prius lotum, narrat Clearchus apud eundẽ Atheneum domos circuire ſolitum fuiſſe, pueris illum ſequentibus, ac oleum, uinum, acetum, & alia condimenta ferentibus; poſtea domum alienam ingreſſum, cocta, aliis condimentis condire, & ea, quibus opus erat iniicere, deinde decumbentem comedere. Is Phyloxenus cum aliquando Epheſum nauigaſſet, tabernãq́. obſoniorũ uacuam reperiſſet, cauſſam rei prius eſt percũctatus: cum uerò omnia in nuptias uendita eſſe audiuiſſet, lotus; dein de uel nõ uocatus acceſsit ad nuptias, & poſt epulas Hymeneũ cecinit, erat enim Poeta dithyrambicus; & cum omnes magnopere delectaſſet, ei ſponſus dixit, & cras ò Phyloxene hic cęnabis. reſpondit, ſi quidem obſonium quis non vendet. eſt & idẽ Atheneus author Apicium virum prædiuitem, & nobilem Tyberij temporibus fuiſſe, à quo & Placentarum nonnulla genera apicia ſunt dicta. qui multa nummorum milia liguriſſet, Minturnis verſabatur, eo. quia hic multò preſtantiores Smirneis Squillæ naſcebãtur, & Alexandrinis aſtacibus. is cum audiuiſſet maioris magnitudinis ſquillas in lybia naſci, ſtatim ne die quidem interpoſito enauigauit, & multa in itinere perpeſſus, antequam è naui egrederetur; ſui aduentus vt potè inſignis gulonis cum eſſet apud piſcatores lybicos fama, ei pulcherrimas ſquillas ad nauigantes detulere; quas cũm conſpexiſſet, & maiores eſſe minturnenſes recordatus, & eſſet eos per contatus, vtrum naſcerentur maiores ac præſtantiones in lybia. illis reſpõdentibus non reperiri: priuſquam terram attigiſſet iuſsit nauis

Guber-

Gubernatori vt Italiam verſus iterarriperet. igitur ſi in hoc gu lonum;edaciumq́. hominum cœtu reperiantur & Principes, & homines cuius vis condictionis, ac fortunæ, facillimè à morbis capiuntur. oborta in eis vel ex qualibet leui occaſione, putredi ne. alterantur enim facillimè Regum corpora, & illorum præ- ſertim, qui nimis ocioſè vitam degunt, vt non ſit mirum ſi ab al terato aere, & mala qualitate ex Comete, onuſto; interficiun- tur. vel alij excitati & ira perciti, ob ſanguinis alterationem, à quo ſpiritus alterantur & corpora, & etiam animus, ſi quidem vt authores ſunt Ariſt. & Gal. animi mores ſequuntur corporis temperiem: tunc in eis, & morbi fiũt, & mors, & etiam in alijs dira cupiditas eos occidendi naſcitur, in naturam bilis atræ, & exuſtæ, alij humores conuerſi. hinc ante Agrippæ mortem, ut ſcribit Dion Cometes viſus eſt, & eius mortem ſignificauit. idẽ eſt author ante Ciceronis obitum, & Cometam viſum fuiſſe. eſt Platina author quod ante Marci primi Pont. Max. mortem, viſa fuerit crinita ſtella. ſic ante Ioannis III. Pont. Max. obi- tum apparuit. quo tempore obijt & Narſes eunuchus. qui cum à Sophya Iuſtini Imperatoris vxore, contumelioſis verbis ex Italia eſt reuocatus, Alboinum Lõgobardorum Regem ex Pã nonia aduocauit, qui cum valida manu Italiã petijſſet, Medio- lanum, & alias vrbes depopulauit. & ipſe etiam à Nelmechide eſt occiſus; uel vt Paullus Diaconus ait à Peredeo, cũ quo etiam rem habuit Roſmunda, vti cum Nelmelchide, eius pellice. nã cum Alboinus Comundum ſocerũ ſuum occidiſſet, ex ipſius caluaria pateram parauit, in qua coegit Roſmundã bibere: ſicq́. iuſtè ſui facinoris pęnas dedit. ſimiliter & ante Sabiniani primi, Pont. Max. mortem viſus eſt Cometes. & antè Adeodati pri- mi, Benedicti ſecundi Pont. Max. & Conſtantini obitum eſt obſeruata comata ſtella. qui Conſtantinus Iuſtinianum ſecun- dum Imperatorem reliquit. & ante Charoli Magni mortem, & Adriani primi Pont. Max. refulſit Cometes. ſimili modo ante Sergij. III. Anaſtaſij III. Landi primi. Ioannis XI. Ioan- nis XVI. XIX. & XX. mortem Cometes apparuit. & ante- quam Gottifredus Hyeroſolimis diem vltimũ clauderet viſus eſt Cometa. cuius vita integra, humilitaſq́. ingens fuit, & erga Chriſtum Dei Opt. Max. unicum filium, & noſtrum redem- ptorem maxima pietas. nam cum Hyeroſolimis Rex creatus eſ-

ſet, auream coronam habere noluit: ſiquidem homo pius dicta bat, condecens haud eſſe, in quo loco noſter Redemptor ſpineā coronam tuliſſet, ipſum auream capiti accomodare. & ante quā Phocas Imperium acciperet viſus eſt Cometa, Mauritij obitū præmōſtrans. & ante quam Galeatius vicecomes apud Marignanum moreretur, ſpectatus eſt Cometes. ſimiliter, & ante Pij IIII. Pon. Max. Henrici Gallorum Regis, & Sulimani Ottomani obitum; viſus eſt Cometes. ſed quid vetuſtas, aut recentiores hyſtorias commemoro? quādo & poſt Cometæ apparitionem, Sebaſtianus Venerius Venetorum Dux inclitus, fit mortuus: cuius vitæ integritatem, & fortitudinem, ac prudentiam, omnes uidimus, & in nauali pugna in Thurcas acta; qui & nō ſolum in aqua vicit, ſed in terra, ac aere, dum ſua induſtria Venetijs lues peſtifera domita eſt, ut Aloyſius Grotus Adrienſis cęcus dicebat. & quid de Ioanna Auſtriaca Sanctiſsima Franciſci magni Etruriæ Ducis Vxore dicam? de qua uere Homeri illud dictum eſt; quem Deus amat iuuenis moritur. Mortui ſunt & Rex Marocchi, & fezæ in Aphrica, ab inuictiſsimo Sebaſtiano Emanuello Luſitanorum Rege occiſi & ipſe etiam mortuus eſt. & Ioannes Auſtriacus etiam ultimum diem clauſit. taceo alios nobiles viros, ac fœminas, ut eſt, Chriſtoforus Madrucius Tridenti Princeps, & ampliſsimus Card. & Iulius Feltreus de Ruere Soræ Dux, & Card. ſic Scipio Rebiba, ſic ſanctiſs. memoriæ Paulus Aretius Cardinales ampliſsimi ac maximi, qui mortui ſunt & ſic ante Iulii Cæſaris mortem uiſi ſunt cometes, unde dixerit Virgilius.

Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere cometæ.

Ioannes Iouianus Pontanus ſignificare Regis, Principiſq. mortem, tunc vult Cometem; quando ipſe in Veſpertinis mattutiniſq. cardinibus, ortum habuerit, & hoc ſolum ob dignitatem ut ſupra tetigimus; & citius mortem cum in oriente, tardè cum in loco occiduo ſe oſtenderit Cometes. At Hyeronimus Cardanus ni ſub Venere ſit cometes conſpicuus, haud Principum ac nobilium mortem protendere uult. dicit enim Cardanus. iuxta Saturnum peſtem, proditiones, & ſterilitatem, circa Iouem legum mutationem mortem Pontificum. iuxta Martem bella, iuxta Solem, toti orbi magnam cſadem; iuxta Lunam inunda-

tiones,

tiones, & aliquando ſiccitates: iuxta Venerem principum mortem, & nobilium: iuxtà Mercurium multa, ac varia mala: iuxta Lyram delicioſis ac nobilibus: iuxta Coronā; & in tropicis, æquinoctijsq. Regum interitum iuxta Serpentes, & in Scorpione peſtem, iuxta trigonum ingeniorum perniciem: in fixis ſignis terræmotus: iuxta caput Gorgonis, & armatas figuras bella. iuxta Andromedā, & Caſsiopeā ſeruitutes, & deſſolationes: iuxta Eridanū, & argū tempeſtates, & inundationes, cū deliquiis & terræmotu. horrēdæ & miſerabiles, mobiles valdè, ſiccitates & ventos pariunt: fixæ diuturniora mala. cuſpis etiam locum oſtendit, huic malo obnoxium. & diuturniores ſtellas comatas deteriores ſtatuit. ſic & circà colorem, ut nigri & rubei cometes deteriores ſint candicantibus. quod falſum eſſe ex eo conſpicitur, quoniam candicans fuit ſtella crinita, quæ ſupra Hyeroſolimas per integrum annum refulſit: & quid Hebręis acciderit ſupra eſt dictum. Vnde perpetuę veritatis Cardani poſitionē eſſe non crediderim. nam vnus Cometes plurima mala parit. quoniam, poſt Xiphyę apparitionem, bellum fuit dirum fames, & peſtilitas. & ante Charoli magni, Conſtantini, Iuſtiniani II. Imperatoris mortem, viſi ſunt Cometes, & etiam Pontifices mortui ſunt, & alia innumera mala ſequuta ſunt. & hoc anno poſt Cometæ apparitionem experti ſumus ſiccitatem, fontium detrimentum, ſterilitatem, vētos truces, peſtem, Venetijs & in Siciliæ inſula, regnorum mutationem, principum mortem, terrę motus, innundationem, & etiam alia mala ſumus experturi. vt dixerim eundē Cometā poſſe plures effectus pruducere. quare

Numquam Cælo ſpectatum impunè Cometem.

De Regnorum euerſione. *Cap. IX.*

DOmus quæq. ut optimè conſtituta ſit, uel Xenophontis teſtimonio, tria in ipſa reperiri decet, uirum uxorem, & agrum. qui cultus, ad Domum fructus aſportari poſsint. idcirco hominem non ſocordem domus requirit & deſidem; ſed eum, qui labori addere laborem ſciat. ſic enim ut Heſiodus ait diuitiæ parantur. quem ſic Latinum reddit Vulpius.

Si cupias ſummis quoque tu diteſcere votis
Perſe, ſic facito: vſque laborem annecte labori.

Et is

Et is ſit, qui ut dicit Ariſt non minus ſit ad ſeruãdum, quam ad comparandum fuerit. alioquin uanus fuerit omnis comparandi labor. cribro enim haurire hoc ipſum fuerit, & perforatũ quod dicitur dolium. præterea, & ordinem rebus adhibeat, ut quæ poſsidentur, ac ſupelle&tilia, poſsint uſui eſſe. & ita ſint diuiſa omnia, ut maior copia illarum rerum quæ fru&tum ferũt ſit quã è contra. ſit etiam uigilans uir, & prius ipſe è le&tulo ſurgat, poſteriusque cubatum eat. De no&te enim eſt ſurgendum; quãdo hoc vt Ariſt. ait, & ad optimam valetudinem, & ad rem familiarem, & ad phyloſophicam uitam maximè conducat. ſomno enim nimio torpet animus, & membra debilia euadũt. neq; hęc lex ſolum ad uirũ ſe habet, ſed ex Platonis ſententia & ad vxorem: ut dum uir quæ extrà domum ſunt, curat: ita etiam vxor intrà domum curare debet; vt nempe filiæ ancillæque bene cõparatæ ſint. ſciatq. uir leges eas uxori dare, quas æquo animo hilarique fronte ferre poſsit: ſi quidem eius ſocia eſt vxor, vitam communem ſemper cum ipſo habitura, vſquequo mors intercedat. & etiam quod filij ex ipſis oriri debent, qui & paternam domum tueantur, & ipſorum nomina ſuorumq́. his igitur legibus bene fulcitur domus. Contrà mulier ne fucata ſiet, non mendax, pudicitiæ amatrix, & optime omnia diſponat. ſic erit benè conſtituta domeſtica poſſeſsio, quæ vel Ariſt. authoritate, nihil aliud eſt niſi domus. ſic igitur debet Regnum conſtitutum eſſe. ſiue id ſit Regnum quod gubernetur ab uno, vel per ele&tionem parato, vel per ſucceſsionem. uel ſit popularis Reſpub. vel quæ à paucis, & nobilibus regatur. ſi his careat Regnum, uel Reſpub. haud amplius Regnum uel Reſpub. cenſeri debet, ſed Tirannis, in qua Rex nec communem utilitatem, & ſubditorum amat, ſed ad ſui utilitatem omnia contrahit: nec ordo in ipſo Regno uidetur aliquis; ſed ſolum auaritiæ, luxuriç, profuſionis, & ingluuiei exempla ſpe&tantur. & ex quolibet leui deli&to opulenti homines, ita depilantur, & comaduntur, ut in extremam paupertatem redigantur. nec poſsit qui uis, vel filiam, uel filium ſuo modo nuptui tradere: ſed uelit, nolit, Principis iuſſu, uel carnifici nubat filia; uel plebeium hominẽ, & facinoroſum dum in Regia aula ſit aliquantiſper nutritus in matrimonium accipiat; ſi uero ſit Reſpub. a ciuibus re&ta, & in ea gubernent, ac dominentur; quid non patiuntur infœlices

Z pauperes?

pauperes? infœlix populus, infœlix plebecula? habent vxores communes, ueluti in Repub. ſua volebat Socrates. ſed in hoc diſtat à Socratis Repub. quando diuitum uxores pro pauperibus minime ſint. ſed pauperũ uxores ſolum in poſtribulo ſunt, & pro ipſis diuitibus cõſtituũtur. & ſi vociferarit plebeculus, & iurgijs afficitur, uerbis contumelioſis uerberibus ac uulneribus. hoccine eſt igitur bene conſtitutum Regnum hęccine eſt igitur optime conſtituta Reſpub. ? Vnde non eſt mirandum ſi in dies diminuuntur. eſt author Polibius Reſpub. ſimile iter habere, quod & humanum corpus, principium, augumentum, ſtatũ, & declinationem. pueritiam nempe, iuuentutem, virilitatem & ſenectutem. cum uero iam amplius proceſſit ætas, ut ex ſenectu te fiat ætas, decrepita, tunc nequit corpus diu ſubſiſtere. ſic & Regnis ac Rebuſpu. accidit. cognoſcimus hoc cũ diminuũtur, & in dies ipſarum vires ad nihilum tendunt, opes urbes, & oppida. ſic Athenis, ſic Chorinto accidit, ſic Senenſibus, Anconitanis, Florentinis, Piſanis, & alijs in noſtra Italia; quarum forma uel immutata eſt, & ad aliud formæ genus deuoluta; uel adeo eſt tenuis facta, vt propè extinctionem ſit. vt Genuenſium Reſpub. hodie. alia uero in uia eſt, vt Venetorũ Reſpub. cùm & Regna, & maxima oppida, ciuitates inſignes, inſulæ multæ, in Thurcarum Tyranicam poteſtatem Chriſtianorum ſocordia, Principum inuidia deuenerint. at ita humanis rebus ſtatutum eſt, ut ueluti Oceanus modo creſcant, modo decreſcant. Itaq. Socratica Reſpub. diu conſiſtere non poterat, quoniam vxores communes habebat, & liberos. introducebatq. mulieres ad publicas comeſſationes inter eas quibus rebus nec amor patriæ concinatur, nec liberis: & mulierum uel caſtarum pectora labefactantur. ſunt enim mulieres malorum duces, & ſcelerum artifices præclaræ. ut Seneca dixit.

Sed dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex
Obſedit animos, cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt
Et verſa ab imo tot populos premunt.

& vt eſt author apud Atheneum Alexis ebrietate facile capiuntur.

Si fœminis vinum adſit illis ſuppetunt
Mox cuncta, poſſint quo libuiſſe per Deos

Quantum

Quantum volemus, tantum erit, valdèq. erit,
Dicens ſenex ampleɛtar hic fœliciter
Sphingem vetulam dicas mihi quaſi Enigmata.

& hæc eſt cauſſa cur mulieres Italicæ uinum non biberent, pręter alias ſupra aſsignatas ex Plutharco. Hercules apud quendam Italicum ruſticum hoſpitans; uxori iubet ruſticus, ut vinum Herculi porrigat. quæ cum recuſaſſet, dixiſſetq́ perforatum non eſſe dolium; (cùm tn̄ clam mulier ex illo vinū ingurgitaret:) Herculi aquā ut biberet porrexit: ille ut virūlaudaſſet, dixiſſetq́ue ut dolium ſuum reuiſeret; reuiſit Ruſticus, reperit dolium lapideum. vxor facti pęnitens, nunquam vinum imposterum bibit. ex cuius facinoris memoria, effectum eſt, ut aliç mulieres vinum non biberint. eſt mihi author Alcinous ſiculus apud Atheneum. pulchra eſt fabella, & riſu digna. Cartaginenſium uero Reſpub. cùm quatuor propoſitis conditionibus careret, à recto multum aberat. nam & ſi de fœminis, & liberis nihil vt ſocratica pręcipiebat; cum tamen aliquę conditiones adeſſent; quæ torporem in hominibus pauperibus ingerebant, & in diuitibus contemptum. erant enim agri ita diuiſi, ut ipſis abūdaret pauper ut diues. & ut commodè fieri poſſet, diuitum filiæ pauperibus in vxores erogabantur, conſtituta maxima dote: pauperculę diuitibus abſq. dote coniungebantur. eſt author Ariſt. Solonem legiſlatorem ita etiam conſtituiſſe: neque Mileſiorum Reſpub. neq; Lacedemoniorum, aut Cretenſium optimè conſtituta erat: cum legibus propoſitis vacarent hę Reſpub. & non eſſent ut ait Cicero ab optimis gubernatæ. nam cū Hyppodamus Euryphontis Mileſius, qui & ciuitatum diuiſionem inuenit, & Pyreum abſcidit, ut eſt idem Ariſt. author Ciuitatem, in multitudinem decem milium conſtituiſſet: & diuiſiſſet in tres partes; in artifices, agricolas, & milites, penes quos arma ſolū eſſent. vnde alij potius militibus & armis ſeruiebant, quàm libere partes in ciuitatem defendere poſſent. Lacedemones quū multum in eorum Repub. mulieribus tribuerent; ab honeſto aberrabant. Mulierum enim lenitas multum nocet, ut cogantur homines in pręcio diuitias habere: p̄ſertim ſi mulieroſi fuerint. hinc optime fabulatum eſſe Ariſt. illum cenſet, qui prius Venerem, Marti coniunxerit: quoniam huiuſcę farinæ homines cum ſint in libidinem procliues, proniúe; fit ut fœminis fa

cile obtemperent: & hæc cauſſa fuit, cur mulieres apud Lacedę mones in eorum principatu multa admitterent. Cretenſium uerò (& ſi à Minoe occeperit) Reſpub. potius potentatus, quã Reſpub. fuit. quoniam multa aderant, quæ admiſſa ritè non erant: ut diuortia, ne multitudo excreſceret: neque etiã plebs, ciuium commoda participabat: quare ſæpe fiebat ut potentes extra ciuitatem a plebe eiecti eſſent. quod etiam factum eſſe a Genuenſi plebe ſuperioribus annis ſcimus. Cœterum qui primi populis leges dedere; ſemper in aliquam deitatem leges referebãt. inſita enimuero eſt, ut ait Cicero in nobis, Dei cognitio, ac reuerentia. ideo Zoroaſter Bactrianis Perſis leges tradens, in Oromatim referebat. Triſmegiſtus Aegiptiorum legislator in Mercurium. Charondas qui Chartaginenſibus leges tulit; in Saturnum. Draco, & Solon Athenienſium legislatores in Mineruam. Zamolxis, qui Scytis leges dedit, in Veſtam. Plato, Magneſium & (ſi uerum eſt) Siculorum, legislator: in Iouem, & Apollinem. Mirros Cretenſibus leges ferens, etiam in Iouẽ. Numa Pompilius Romanorum legislator; in Deam Aegeriã, cum qua congreſſum habere fabulabatur. Maumethes in Gabrielem, retulit, dum Aſianis impiam religionem tribuere uoluit. igitur Regna ſunt ſtabilia, ac firma ubi ſuprapoſitæ conditiones ſunt: tuncq. in eo pudor, fides, ſanctitas, & iuris cura, regnãt. & cui huiuſmodi Regni cura demandata eſt; ille uere erit Rex. quem ſic deſcribit Seneca.

Quis nos exagitat furor
Alternis dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi arcium,
Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non veſtis Tyriæ color,
Non frontis nota Regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris.
Quem non ambitio impotens,
Et numquam ſtebilis fauor
Vulgi, præceptis mouet.

Qui tutus poſitus loco
Infra ſe videt omnia,
Occurritque ſuo libens
Fato, nec quæritur mori.
Mens Regnum bona poſsidet.
Rex eſt qui metuit nihil.
Hoc regnum quiſque tibi dat.

Has leges Bactrianorum Regem Menandrũ ſeruaſſe mihi ipſi perſuaſerim; qui cũ mortuus eſſet, funusq. ei ab omni populo & lachrymis, & eiulatu publico, eſſet indictũ: & diu de Menandri reliquiis eſſet inter ipſos Bactrianos conſultum. quo in loco magnificè, ſplendidiſsimeq., reſeruarentur. & ſancitum, ut quiſque reliquiarum Menandri modicũ quid conſeruaret, ne tanti Regis memoria obliteraretur. Eſt author Plutar. Perſas in Cyri memoriam, homines naſum roſtro aquilæ ad inſtar habentes multò adamaſſe. non ſic Dioniſio euenit, qui ob Tyrannidẽ expulſus eſt, & eius uxor publicè in poſtribulũ ducta; filii ignominia affecti, occiſi, & cremati, eorumq. cineres in mare proiecti, ut penitus eorum memoria eliminaretur. Agrigẽtini publica lege, ac decreto ſanxerunt, ne quis ueſtes ceruleo infectas colore haberet: qm̃ Phalaridis domeſtici, eis utebãtur. Tarquiniũ ſuperbum, cũ ob tyrannidem è regno pulſum, haberent Romani. decreto publico cautũ eſt, ne quis in poſterũ Rex crearetur, & ẽt Tarquinius uocaretur. & hac de cauſſa Lucio Tarquinio Collatino, & Lucretiæ marito, ablata cõſularis dignitas fuit ſed antequam nõ ſolum Reſpub. ſed & Regna, & Principatus deſtruantur, ſolent ſigna p̃cedere, & prodigia. inter quę Cometes ſemper primas partes habuit. eſtq. Regnorũ euerſionis cauſſa ob ſupra multotiens aſsignatas rationes. corpora. n. noſtra exiccantur, & calida fiunt, tum ab ambiente, tum etiam ex cibariis: quæ ratione cometæ humida multum nõ ſunt, ut aduſtis humoribus facile mala multa patrãtur. cum. n. ex iis cõſtemus, ex quibus alimur, fieri aliter nequit, quin corpora hoc pacto cõſtituta ſint. qđ mulieris ueneno nutritæ exẽplo ſatis ſuperq. declarari põt. cum. n. ad Alexandrum Macedonẽ, eſſet puella ſatis uenuſta deportata, quæ ueneno nutriebatur, cautum ab Ariſt. eſt, ne Alexander cum illa rem haberet, ne ve eam oſcularetur, ſi ueneno nollet occumbere. quod euenit, cum̃ alius id tentaſſet. unde

cum eſt ſanguine calido conſtent corpora in cometæ apparitione, & etiam ſpiritus, fit ut ex qualibet uel leui iniuria homines in principes, Reges, ac Reſpub. ſæuiant. quare & præſagium, & cauſſa debet Cometes cenſeri. quapropter non illepidè dixit Lucanus.

Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes
Ardentemq. polum flammis, Cœliq. volantes
Obliquas per inane faces, crinemq. timendi
Syderis, & terris minitantem Regna Cometen.
Quod etiam non tacuit Sillius Italicus.
Regnorum euerſor rubuit lethale Cometes.

ideo antequam Regnum a Priamo eſſet ereptum, cœlum arſit, & ante Tarquini Regis expulſionem etiam: & ſi alia prodigia adfuerint quoniam, & canis loquutus eſt, & ſerpens latrauit. Quinetiam antequam Phylippus Græciam inuaderet Cometa ſanguineus eſt uiſus. Viderunt 111. Conſulatu Marij Tudertes tui PYRRE STEPHANVTI, ueluti arma inter ſe concurrentia in cœlo. quid ſit ſequutum ſcis probè. cũ enim Theutones, & Cymbris Tygurini, & Ambrones triduo circa Romanorum caſtra pugnaſſent, nec Marium a uallo amouerunt: & cum tribus agminibus Italiam petere deſtinaſſent Cymbri: Marius poſt hoſtium digreſſum, & caſtra mouit, & collem occupauit, qui campo, & fluuio ubi hoſtes ſe ſe diffuderant imminebat. & cum exercitui Romano aqua deeſſet, deq. re hac publicè coargueretur, & omnium quærelis laceraretur. reſpondit aquam in conſpectu eſſe, ſed ferro uindicandam. quo audito primum calones, deinde milites, ſic ad prœlium clamore deuenere, ut eo prœlio 200. hoſtium millia cæſa ſint, & Teutobotus eorũ dux occiſus; & etiam octuaginta millia capta. at cũ eorum mulieres a Conſulibus, ut caſtitate ſeruata Diis immortalibus ſeruirent, haud impetraſſent: prius earum paruulis ad ſaxa colliſis, ſe ipſas, & ferro, & laqueo exanimarunt. eſt author Eutropius hoc bellum finitum non eſſe priuſquam 3400. ſint Gallorũ cæſa, & 1400. capta; & Lucius, & Boiorix Reges in acie cecidiſſent; & Clondicus, & Cæſorix capti. illis exceptis Regulis, qui ſtrictis gladiis inuicem cucurrerunt, & mulieribus innumeris mortuis. ſupra eſt memoriæ proditum; quod ante quàm Phocas Imperium acciperet, arſerit Cometes. Diximus ex Ioſepho hebreo,

breo, antequam deletæ eſſent Hyeroſolimæ Xyphiam per integrum annum uiſum eſſe: & nihilominus alia prodigia apparuere. nam ferunt quendam ruſticum & plebeium, nomine Ieſum Ananiæ filium ante ſeptimum belli annum, dum adhuc vrbs in fœlicitate abundantiaque uigeret, in die, qua ſolemnia, & pro tabernaculis feriæ fiebant, in libertatis ex Aegipto habitę memoriam: clamare cœpiſſe; uox ab Oriente, uox ab Occidente, uox a quatuor uentis, uox ſuper Hyeroſolimas, & templũ, uox ſuper ſponſos, & ſponſas, uox ſuper populũ. & ita die noctuq. clamãs, & magna elataq. uoce uociferans, plures ex ciuitate, ueluti eſſet quoddam infauſtum prodigium cõmouit. quare correptum hominem multis uerberibus afficiunt. nec ille aliud dicebat, neque pro ſe obſecrabat, ſed indeſinẽter ſemper, maiori uoce, ac eiulatu ſuprapoſita uerba recenſebat. ob hanc igitur cauſſam hominem ad iudicem Romanum producunt, & cum inceſſanter eiularet, flagis uſque ad oſſa laniatus, nec lachrymas emiſit, nihilq. aliud addidit, niſi uæ hyeroſolimis, & die feſto peracto uiſi ſunt per aerem, currus & armatorum hoſtium quadrigæ, quæ ſe nubibus immiſcebant. & multa alia prodigia tũc apparuere, & etiam aliis temporibus, quæ non eſt ut recenſeã, quando non ſit noſtrum inſtitutum, & Iulius obſequens, & Rauiſius, de hac materia copioſe pertractarunt. Antequã Auares Bizantiũ petiiſſent trigeſimo Iuſtiniani Imperatoris anno, apparuit Cometes. Antequam Cæſar patriam occupaſſet uiſa eſt per dies plures comata ſtella. & etiam comparuit poſt ipſius mortem, quæ triumuiratum anteiuit, & Octauiani Cæſaris monarchiam. & priuſquam Cõſtantius & uitam & imperiũ apud Aquileam amiſiſſet, dum Bellum cum Conſtante fratre haberet, uiſus eſt Cometes. uerba paullo ſupra fecimus quomodo à Nemelchide Alboinus fuerit uita, priuatus, cui in Regnum ut eſt author Blondus ſucceſsit Cleſis ille dirus, qui quotquot nobiles ad eius manus perueniſſent obtruncabat. ex quo facinore maxime Venetiæ auctæ ſunt. igitur Roſmunda Alboini uxor & Chonomundi Zepidorum Regis filia, pace à Longino Rauennæ Pręfecto impetrata, Rauennam cum Nemelchide appulit: cum quo cũ per aliquot annos uixiſſet, & eſſet à Longino ſollicitata, ut necato Nemelchide ipſum in matrimonium acciperet, ueneno parato Nemelchidi uenenatum poculum porrexit:

xit:

rit; ille cum bibiſſet, & iam ueneni uires perſentiret, ſtricto mu crone coegit Roſmundam ex eodem Cratere haurire: quare infęlix fœmina, unà cum Nemelchide uita ſuncta eſt. igitur antè Alboini mortem apparuit Cometes. ſimili pacto priuſquā Luitprandus Longobardorum Rex vrbem obſidione teneret, viſus eſt Cometes. & paullo poſt Gottorum innundatio eſt ſequuta, qui ut docet Paullus Oroſius, Getæ prius appellabantur, & ſunt qui hodie ut Pius ſecundus Pont. Max. docet Tranſiluani & Valachi dicuntur, qui quondam à Lucullo domiti ſunt, vt etiam Viſigoti à Charolo cognomine Martello penitus diſsipati ſunt. & cum Gotti per tercentos annos in Italia dominati eſſent bis Belliſarius Italiam petere eſt coactus. & ante quam Rodulfus Berengarium oppreſsiſſet, ut Imperium ab eo auferret, eſt uiſus Cometes. ſimiliter etiam, antequā Gregorius V. Pont. Max. Poteſtatem Germanis Principibus Imperatorem eligendi concederet, & liberam facultatem daret, comparuit Cometa. cauſſa autem cur Gregorius hoc feciſſet; fuit, quoniam ab Ottone in Apoſtolicam Sedem eſt reſtiturus, unde a Creſcentio Patritio Romano, & Ioanne Græco Placentino Epiſcopo, qui ab aliquibus Ioannes XVII. deſcribitur fuerat expulſus. Cœterum liberam Imperatorem eligendi facultatem ſunt conſequuti primū Archiepiſcopus Maguntienſis in Germania, Archiepiſcopus Treuerenſis in Galia: Archiepiſcopus Colonienſis in Italia. quibus adiuncti ſunt Marchio Brandeburgenſis: Comes Palatinus Saxoniæ Dux; & addunt aliqui Boemiæ Regē. fuit hoc anno à Chriſti Natiuitate milleſimo ſecundo, & cum Comata ſtella rurſum uiſa eſſet anno 1008. *Hyeroſolimæ* à Thurcis in ditionem ſunt acceptæ. & alia dira ſunt ſequuta. tunc.n. Eſtēſis familia cuius erat Princeps Nicolaus expulſis à Ferraria Eccleſiæ militibus: in ſuam ditionem ipſam accepit. Nerius etiam ex pulſus à Luca fuit, Turriani ex Vercellio: Caſtrucius tenuit Piſas. vnde & Lodouicus Bauarus Pſeudopontificem Petrum Corbarienſem minoritam creauit. quibus uigebat inter noſtros Medicos Gentilis Fulginas, & Dinus Florentinus. & antequam Neapolitanum Regnum ad Ladislaū perueniſſet, viſa eſt crinita ſtella. & ſēt Cincinnata apparuit ante Neocæſariæ obſidionem, (uocant Trapezuntium) & Imperatoris Neocæſarię occiſionē, à Thurcarū Imperatore paratā ſub Caliſto III.
Pont.

Pont. Max. viſus eſt Cometa. multi præterea Cometes ex Ammiano Marcellino, Paulo Emilio Litprando, ſunt obſeruati. ſimiliter antequam in Anglia proditiones cœdes & urbium excidia ſequuta ſint, Cometes apparuit, ut Polydorus Virgilius refert. & hæc ueritas experientia docente, apud Indos occiduos cognita eſt: nam cum ab Aluarezio Atabalipa Rex eſſet interrogatus, quid denotaret Crinita ſtella, quæ uidebatur: reſpondit, & Regni euerſionem, & Regis mortem, quæ omnia ipſi infœlici Atabalipæ euenere. ſcio me à fide digno uiro accepiſſe quod antequam Cyprus inſula à Thurca in dictionē recepta eſſet, quòd uiſus ſit parte orientali per plures dies Cometes. cuius etiam præſagium Venetiis fuit puluis apud nauale armamentarium combuſtus, ſiue id factum ſit dedita opera, ſiue ut magis crediderim, quia concaluit puluis, & in ipſo ſit accentus ignis, vt in Columbino ſtercore uidit Galenus. ſolent enim ignes malum protendere. ut eſt etiā in Mediolani arce cōſpectum, priusquam ſfortiana Domus illa dictione priuata eſſet. at quid egere Ianizari in Cypro hoc anno? videbimus Chriſtianorum Principum ſolertiam, ſi ipſi opem ferent, & auxilium porrigent, nam & alij ſi benè agant Principes excitabuntur Ianizzari, ut infandiſsimam Beluam è uiuis tollant, & Chriſti nomen in illis reſonabit.

De Sectarum & legum Mutatione. Cap. X.

ADeo diras qualitates cęcaſq. in mortales immittit Cometes, ut & Sanctorum Patrum inſtituta relinquentes, falſas inaneſq. nugas aliquando toto animo amplexentur. & ita ineſt cœca libido, & afferata ſtultitia, facta à ſuperius ſępe repetitis cauſsis; ut pro ipſa etiam alacri, fronte morti dentur. ſignum ueræ dementiæ, intellectusq. obſcuritatis. ſic Arrius cum vellet ſuam inſaniam alijs communicare in dementię ſigna deuenit: quibus pręceſsit crinitum ſydus. iſte impius crudeliſq. Arrius cum eſſet Presbiter in Alexandrina Eccleſia, magis uitijs, facinoribuſq. clarus, quàm litteris ac moribus: illam peſtiferam, quæ diu multūq. ſerpſit, hæreſim inuenit, quæ & Aſiam

totam, Aphricam, & Europam infecit, ac fœdauit. in qua Pſeudopresbiter dicebat Ieſum Chriſtum Dei Opt. Max. Vnicum Filium haud Patri comſubſtantialem eſſe. ſed alia ſubſtantia Patrem conſtare diuerſaq., & alia Filium. vnde Filium non eſſe increatum, nec æternum, dicebat. cœtera uerò ut Diuus Auguſtinus ait affirmabat. quo, quid magis impium, quid magis profanum excogitari poteſt, quam Filium Homoution, ideſt conſubſtantialem patri non facere? eſt enim ut idem Auguſtinus dicit, illam ſimplicem Dei noſtri vnitatem diuidere, dum Dei Filium æternum cum Patre facit. dicebat enim impius Arrius operatione non origine, poteſtate, nō æternitate Dei Filiū æqualem patri eſſe. quapropter (adeo eſt unius dementia) eſt Conſtantinus coactus in Nicea Bittiniæ urbe Concilij congregationem procurare ſub Siluestro primo Pont. Max. eſt Rufinus author apud Euſepium Cæſarienſem. refert etiam Bartholomeus Caranza, quod cum Alexandriæ, præeſſet Alexander Epiſcopus, natura lenis, & quietus aſsiduis cōmonitionibus, Arrium à prauo incæpto, & aſſertionibus impijs reuocare tentabat. ſed cum res ex ſententia haud caderet coactus eſt (ne diutius cōtagio duraret) reliquis indicare: & tamen nihil proficiēs (nam latius contagionis ſeminaria irrepſerant) concilium congregatum eſt, in quo 318. Epiſcopi interfuere, præſentes etiam fuere quinque Epiſcopi qui Arrio adhęrebant. quiq. à Conſtātino exilio damnati ſunt. in quo Concilio cum multi libelli ab Epiſcopis propter ipſorum ſimultates, & iurgia, ac contentiones Imperatori darentur; ille acceptis libellis, inq. ſinu poſitis, nec uolens quid in eis cōtineretur reſpicere, ad Epiſcopos dixit. Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatē vobis dedit de nobis iudicium ſumendi: quare à vobis nos rectè iudicamur: uos verò à nobis minime iudicari poteſtis, cum homines ſimus. Vnde relictum pro vobis ſolum Dei Opt. Max. iudicium eſt. ideo veſtræ offenſæ, contumeliæ, iurgia, ſimultates, inimicitiæ, & alia huius generis nefaria, ad Diuinum examen reſeruātur. uos enim dij nobis à Deo Dati eſtis: igitur non eſt conueniens ut homo iudicet Deos. & cum poſt Conſtantini Magni obitum Conſtantinus, Conſtans, & Conſtantinus ſuſcepiſſet Imperiū. Conſtantinus Arrij partibus faueret & ob id Arriana hæreſis multum aucta eſſet: apud Laodiceā, vel Tyrū, ſub Iulio primo

Pont.

Pont. Max. Concilium celebratum eſt. in quo cum Athanaſius vir Dei Arrio reſiſteret, rationes dilueret; & opinionem peſſun daret, quòd ipſe maghus eſſet, & Demonibus operam daret ab Arrio accuſatus fuit. vnde iram hęretici Imperatoris fugiens Athanaſius, in quodā puteo ſine aquis in vento, ita per ſexen nium eſt moratus, ut numquam Solem conſpiceret: & tandem ab ancilla detectus, in ſomnis à Deo monitus, ad Conſtantem Catholicum Imperatorem confugit. At crediderim illum non fuiſſe legitimum Concilium, quum abſq. Pontificis Romani authoritate eſſet celebratum. igitur hæc eſt cauſſa cur inter con cilia non recēſetur. fuit Laodicēſe Concilium ſub Liberio Pōt. Max. celebratum, ſed (uti vocant) prouinciale: in quo & ad fuit Conſtantinus Magnus. quod fuit approbatum in Synodo vniuerſali quæ in Trullo celebrata eſt habet Gratianus inter de creta multa quæ in Nicena Synodo acta ſunt. At Arrius cum ce lebraſſet concilium apud Laodiceā: & fauſtus ac ouans, ab Epi ſcoporum multitudine, & caterua, ei conſentientium, comitatus eſſet, uelletq. publico in loco ventrem exonerare inteſtina omnia cacauit, & animam. non erat quippe ſcelerata anima digna, ut aliam viam haberet, cum ab infandiſsimo corpore exire vellet, quam per podicem. Et paullo poſt Arriana hęreſis in duas eſt diuiſa ſectas: nam Eunomius à quo Eunomiani hęretici dicti ſunt: homo leproſus dicebat Dei Opt. Max. Filium in om nibus eſſe patri diſsimilem. ò hominum impudentia, & temeri tas, profitebatur quinetiam ſceleſtus homo, Spiritum Sanctum nihil commune cum patre & filio habere. & iſti hęretici ut eſt Diuus Auguſtinus author Aetiani etiam dicti ſunt. Macedonius vero in omnibus ſimilem patri filium faciebat, & conſubſtantialem, ob id ab Arrianis eſt expulſus: & tamen infęlix Epiſcopus, Spiritum Sanctū non procedere à patre filioq.; & cum duabus diuinis perſonis nihil commune habere ſtatuerat, nec tertiam perſonam Spiritum ſanctum eſſe fatebatur. quæ hæreſis damnata fuit in Laodicenſi ſynodo, quæ mox fuit in Trullo ap probata: & etiam fuit ſub Damaſo Pont. Max. damnata: & Cyrillo Hyeroſolomitano Epiſcopo in Synodo Conſtantinopolitana, ſub Gratiano, & Theodoro Imperatoribus: in qua interfuere 150. Epiſcopi, qui ſanctę Synodi decretis ſubſcripſerunt. in qua Anathematis maledictione damnati ſunt, qui non tota

libertate proclamant, Spiritum Sanctum, cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atque ſubſtantiæ. Anathematizati ſunt & Sabelliani, qui à Sabellio ſub Galieno Imperatore originem habentes; dicebant eandem eſſe Patris, & Filii perſonam. Auguſtinus addit & Spiritus ſancti. ſed Platina ait quod Sabellius negabat IESVM Chriſtum noſtrum Redemptorem eſſe Dei Opt. Max. filium, ante ſecula genitum. Anathematis uinculo etiam adligati fuere Macedoniani, Arriani, & Photiniani, qui Hebionis hæreſim inſtaurabant, dicentes Dominum IESVM Chriſtum tantum ex MARIA ortum habuiſſe. crediderim in hac etiam ſancta ſynodo Cerinti hæreſim damnatam eſſe, qui dicebat mortuorum reſurrectionem poſt mille annos eſſe futurã; & Chriſti Regnum eſſe in terris debere. Antequã Maomethes ortum duceret, & ſuam legem promulgaret, cometes apparuit: qui ſycophanta, & impius in terris Cachodemon ex nobilibus eſt ortus parentibus, ex matre hebrea, & patre idolorũ cultore, qui anno Imperij Heraclij duodecimo, cœpit Aſiaticis rudique plebeculæ perſuadere, ſe magnum prophetam eſſe & Dei ſpiritum: ut Blondus, & Platina ſunt mihi authores. ſecus ſentit Franciſcus Phylelphus, qui ait Mahumetum Cyrenaicum genere natum anno a Natali Chriſtiano ſexcenteſimo uigeſimoſexto, nulla parentum claritate cognitum, nullis opibus, ſolum prorſus, nullarum uirium, nullorumque neruorum. Hic admodum puer à Sarracenis eſt captus, & Abdimoneplo mercatori traditus, ſeq. Iſmahelitico genere ortum dicens liberaliter à mercatore tractabatur, cùm mercator filiis careret. inde eſt factum ut Abdimonepli filius putaretur. iſte cum adoleuiſſet Camelos mercatoris illius diuitis, & pecunioſi famulus, cum mercibus per Aegyptum, Syriam, Paleſtinam, perque alios peregrinos locos agebat. Quibus itineribus ait Phylelphus iterum atque iterum repetitis, uſus ſæpenumero, quum iudæorum tum Chriſtianorum conſuetudine, non tàm diſcere, quàm deprauare ſtuduit, & nouum, & uetus teſtamentum ſacrarum ſcripturarũ. nã acumen ingenij in animo facinoroſo, peiorem in partem omnia ſemper interpræatatur. unde cum inſignis etiam latro eſſet; aliqui aiunt, mortuo Abdimoneplo ſibi in uxorem Gardigenam defuncti Abdimonepli cõiugem duxit. Eutropius ait fuiſſe ſuã cognatam mulierem uiduam, & locupletem, quã uocat Eadigã,

cui cum ob morbum herculeum infenſus eſſet, quo ipſe laborabat, ſuaſit mulieri, ſe haud perferre Gabrielis uiſionem poſſe, qui & ei loquebatur, & eum legē docebat. at mulier ut cumq. ſuaſa uerbis, cœpit aliis fœminis dicere ſe maritum prophetam habere, cum quo Gabriel loqueretur. & ut à mulieribus res credita eſt, ita uiris eſt riſu digna, uiſa. & iam homines ut dementē Mahumetem habent. ſed cum error in dies incrementum haberet; & ipſe ualidam latronum manum collegiſſet, expulſus eſt à Mecha oppido (Modinam aliqui uocant) & quoniam in eo oppido hebræi, & idolatræ habitabāt, collecta tumultuantia manu Mahumetem aggrediuntur. ipſe cum iam exul factus eſſet, & latrociniis, ac incurſionibus omnia fœdaſſet, latrones multos ſibi compararat: quibus & hebræos fudit & idolatras. & ouās oppidum ingreſſus, oē prędauit, ac ſuis latronibus diuiſit: rude aucto exercitu cœpit, & uiciniores locos incurſionibus uiolare. nec ante defuere latrocinia, & publicæ incurſiones, quā & Damaſcus ſit captus: & ibi ipſi uiuenti templum ædificatum eſt, & decreti publici honores: ad hoc ſuadentibus Sergio, & Mattęo flagitioſiſsimis monacis. tñ cum quadraginta uixiſſet annos, ueneno à Gardigena uxore ſublatus eſt. relictis impiæ ſectæ principibus Hali, & Calipha: qui Mahumeti præcepta colligentes, in unum corpus reduxere, qđ Alchoranū uocarunt: & templū in eius honorē ædificatum Moſcheā. nec minus Monotelitarū hæreſis ante Mahumethi mortē nata eſt, cui ēt manus dedit Heraclius Imper. qui ab Honorio I. Pont. Max. litteris, Oratoribus, ac apoſtolica pietate in meliorem ſententiam eſt reuocatus. Dicebāt Monotelitæ Chriſtū unicā habere uoluntatē. interim Sarraceni q a Mahumete ob uanas Heraclii promiſsiones defecerant, rurſum ſe Mahumeti legibus ſubmitentes, Phœniciā, Aegyptū, & Syriā deuaſtarunt. & tunc Damaſco capta moſchea eſt ædificata. & ēt Ormiſdā Perſarū Regē bello ſuperāt, & obtruncāt. Nec minus hiſce infœliciſsimis tēporibus Rotarius Longobardorum Rex, qui Arioaldo ſucceſsit, Arrianis fauens coegit, ut in oībus ſuis ciuitatibus una præeſſent, & Catholici, & Arriani Epiſcopi. & mortuo Heraclio, cui ſucceſsit Cōſtantinus filius, qui è uiuis ueneno deceſsit, ob Martinæ nouercæ inſidias: cui & Pyrrhus Patriarcha Conſtantinopolitanus cōſentit. & tūc Heraclionē, qui ut Petrus Meſsia ait, annum 12. agebat: filiū Imp. eligit Martina.

qui

qui poſt biennium a Conſtantinopolitanis in exilium actus eſt, ei prius naſo amputato, & Martinæ matri lingua, & Pyrrho occiſo: remorata eſt Acephalorum hæreſis, dicentium unā uolū tatem in Chriſto eſſe. quapropter coactus eſt Martinus primus Pont Max. Ciuis tuus Lateranenſem ſynodū celebrare, in qua & ſi cōtra Paulum Samoſatenum, Pyrrhum, Sergium, & Cyrū Alexandrinum acta eſſet ſynodus; nihilominus dānati ſunt plu rimorum errores. & ob hanc ſolam cauſſam, Paulo Samoſateno Patriarcha, qui Pirrho ſucceſſerat, impellente, à Conſtante Theodorus Caliopa, & Paullus Pallarius, Romam miſsi ſunt, ut Martinum Conſtantinopolim captiuum ducerent. quem Catenis uinctum duxerunt. & tunc exilio optimus, ac ſanctiſsimus Pontifex multatus eſt: in quo miraculis clarus, ani mam Deo reddidit. & tunc multa mala conſtans à Saracenis eſt paſſus. nam Rhodus inſula ab ipſis capta eſt, & inde Coloſſum illud à Care Liſippi diſcipulo fabricatum aſportarunt. cuius materia, (adeò inſigne fuit, & magnum:) noningen tos Camelos onerauit. ex ære enim cōſtabat, iccirco inter orbis, ſeptem miracula repoſitum erat. ſed hoc loco mirari Platinam, uirum alioquin & doctiſsimum, & accuratiſsimum non deſinā, qui quinque ſynodos commemorans; nempe Nicenam 318. Pa trum. Conſtantinopolitanam 150. Epheſinam 200. Calcedonē ſem 630. Patrum. & iterum Conſtantinopolitanam ſynodum ex multis Patribus Orientalibus, & paucis Italis, & prætermiſſit Lateranenſem ex 105. Patribus ſub Martino. nam paullo minus uſque ad ea tempora 100. hæreſes, ac hæreſiarcæ præfuere. qui ordinatim a Diuo Aurelio Auguſtino deſcribuntur. & in Calcedonenſi Concilio, quod fuit unum ex quatuor celeber rimis, ſub Leone primo Pont. Max. & Martino Imperatore dānata fuit hæreſis ſuprapoſita, & damnatus eſt Eutyches Abbas Conſtantinopolitanus qui aſſerebat unam ſolum uoluntatem, uel naturam in Chriſto eſſe poſt aſſumptionem humanam. & illa erat diuina. alia celebratiſsima tria Concilia fuerunt. Nicenū ſub Siluestro Pont. Max. & Conſtantino Magno. Conſtantino politanum ſub Damaſo Pont. Max. & Gratiano & Theodoſio Imperatoribus. & Lateranenſe ſub Innocentio III. Pon. Max. celebratum. in quo interfuere Metropolitani 70. Epiſcopi 400. Abbates 12 Priores conuentuales 800. Græci, ac Romani Imperij

perij legati. Oratores Regis Hyeruſalem. Regis Franciæ Regis Hiſpaniæ. Regis Angliæ. Regis Cypri. at iſtis temporibus relictis cum ſub Bonifatio VIII. apparuiſſet Cometes: ſequuta eſt hæreſis fraticellorum. authoribus Dulcino, & Margarita, apud Nouariam urbem, in qua promiſcuè fœminæ cum uiris habitãtes, quilibet in quamlibet libidinem exercebat. nec minus Tẽplarij milites, qui ut ait Raphael Volateranus ab Hugone Paganio, & Gottifredo originem trahentes; poſt multa tempora in mares publicè rem veneream exercentes: & conſtituto ſimulacro, cui ſacra faciebant, cineres hominis in bello fortis & extincti, potantes, & Sarracenis adhæſere. pudet certè hæreſim hoc anno Romæ deteƈtam referre. in qua nephandi quidam Hyſpani, & Luſitani cum maribus matrimonium celebrãtes, & in Eccleſia, cum ſacerdote, ueſtimentisq́. ſacris: deinde rem uenereã cum illis ſuis uxoribus cinedis exercebant. o dirum facinus, ò turpe, & omni nequitia plenum, o infandum, & execrabile, ò deteſtabile & crudele, ò impium & ſceleſtum. ò homines perdici, & facinoroſi, ò nõ homines ſed Nerones, immo ipſo nequiores. & ſub humana ſpecie Cachodemones, infandi ſceleſti, nequiſsimi. ſed uiuos crediderim crematos eſſe. Refert Stephanus Valerianus noſter, cuius ingenium ſæpe admiramur. quod dum iſtæ beluæ, immo beluis multo inferiores, & neque ſerpentibus comparandi, ſycophantæ, & perditi iſti homines; ad ignẽ ibant, fœminæ omnes, pueri, & omnes una uoce clamabant, combure, combure, crema, in cinerem redige peſsimos ac infandiſsimos maſculorum concubitores, qui Regnum Dei non poſſidebunt. & certè mirum eſt, ut ex illis Regionibus, in quibus hodie ſummè uiget Chriſtiana pietas, Tigres iſti ſint oriundi; ſed & etiam inter angelos adfuere qui demones eſſe maluerint, quam ſancti. igitur certũ eſt Cometes aliquando nouas impiasq́. religiones præmonſtrare. & ſi cauſam iis rebus præbent, haud alia ratione id agere poſſunt quam bilem quum atram, tum & flauam adurendo, & ſanguinem terrefaciendo. à quibus excitantur ſpiritus, qui corpus, & mores immutant.

De Monſtris. Cap. XII.

CVM ſemen, ut Galenus ait, ſit uis in humido cōſperſa: ſi congruas nanciſcatur oportunitates, fit ut facilè conceptio fiat. congruas occaſiones, tunc ſemen habere poteſt, quando optima temperatura gaudent loca, in quibus conceptio fieri debet. ſi ſecus accidat; ſterilitatis potius cauſſa eſt quàm fœcunditatis: ut enim ager: ut Clemens Alexādrinus ab Hyp. accipiens; ait, qui vel ſqualidus eſt, uel arenoſus, uel uliginoſus & per humidus; ſuſceptum ſemen exiccat, & corrumpit: ſic & in fœminis uterus non probè concinnatus, ſemen aqueum uel reddit, uel exurit. viſcoſus autem campus ut ſemen retinet, & germinare facit, abunde alimentum ſuppeditans: ita vulua temperata, & optimè diſpoſita, aprehenſum retinet ſemen, fouet, & uitale quod poteſtate erat, in medium promit, ſic ex Hypp. Luiſinus dicebat.

Infœcunda aluus, ſpiſſa eſt, & frigida præque
Humida, namque in ea genitura extinguitur omnis.
Nec quæ ſicca nimis, quæ ve urens, concipit aluus,
Semina in his etenim ſic corrumpuntur arenis
Et quæ ſaxoſis, medio & mandantur in æſtu.
At quæ vteri mediam mulier ſortitur, habetque
Temperiem, multa faciet te prole parentem.

Nam cum ſit vterus inter ueſicam & inteſtinū rectum ſitus, ſitque ex ſubſtantia neruea: eius forma, effigiesve ac figura uituli caput dum cornua prorumpit ex Herophyli ſentētia ęmulatur: uel ut ait Ruffus Epheſius medicinalis cucurbitulæ figuram. habetq. in oſtio caruunculas quaſdam, quę nimphæ à medicis uocantur. quaſi in ipſo oſtio dare inhabitantes, miram, nec litteris explicandam uoluptatem pariant. in cuius ſinu adeo quandoq. extra prominet Tentigo ab Albucaſi dicta: quæ Auicennæ dicitur uirga, uel albathara. græci uero ut notat Gabriel Falopius præceptor meus uocarunt κλιτορίδα. Realdus Columbus ueneris amorem, uel dulcedinem uocat. igitur fœmina cum temperatos ſocellos habet concipit. ſimili modo & uir. nam cū rarum habet corpus, uel frigidum non poteſt fœminam grauidam reddere. unde idem Luiſinus ex Hypp. canebat.

Illis

His hoc etiam in maribus contingere cauſis
Inuenies, etenim vel rara ob corpora fertur
Spiritus ipſe extrà, trans ut non ſemina mitti
Eualeant, vel craſſitie haud excernitur humor.
Frigora vel propter nequit ille caleſcere, acerno
Huc adire queat facto, aut hoc euenit æſtu.

Nec ſolum ex iſtis cauſsis accidere poteſt, ut fœcunditas impedita ſit, ſed etiam ex ſemine ipſo: nam cum ſit quid quartæ coctionis quæ in animante fit, ut uoluit Auicennas: quod & Soranus Epheſius, & Galenus ante eum uoluere. ideo ſi probam coctionem non recipiat, infœcundum eſt. fit enim ſemen ex puriori nobilioriq. ſanguine. ut Eraſiſtratus, & Herophylus, dixere, & poſt hos Galenus. ideo Petrus Abanus Conciliator dicebat, eſt quidem ſperma ſiue genitura, utilis ſuperfluitas, ultimi alimenti ſanguinei, in partes diſtributi. ideo ſemen, ſanguinem uocauit Iuuenalis

Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis hæres
Accipiat ſanè mercedem ſanguinis.

Cuius fœcunditas, ut Ruffus Epheſius ait conſpicitur, cum ſit grandinoſum ac craſſum. addamus etiam, quod cum ſit album (non enim uel in Aethiopibus eſt nigrum, ut dicebat Herodotus) ſpumans etiam eſſe conſpicitur. quæ ſpuma ideo fit, quoniam ex paruis partibus conſtat, quæ eſt albedinis cauſſa in ſemine vt uoluit Auerr. Hinc ex Euſepio ortam poetis occaſionem crediderim, ut Venus ſit ex maris ſpuma genita. quando ſit maris aqua calida & humida manifeſtè: crebroque motu agitetur, ut ſpumans fiat. quare Clemens Alexandrinus dicebat. Apertè autem dico, quæ ſunt occulta, non erubeſcens dicere ea, quæ non pudet uos adorare. Quæ ergo ex ſpuma, & in Cypro eſt genita Cyniræ amica, Venerem dico, quæ φιλομμηδὴς dicitur, quod exorta ſit ἐκ μηδέων, hoc eſt ex genitalibus, ex ſalacibus illis inquam genitalibus, quæ cœlo abſciſſa ſint, quæ poſt abſciſsionem fluctui uim attulerunt. hactenus Clemens. ferunt enim Saturnum cum in Cœlum patrem eſſet iratus, ei falce genitalia obſcidiſſe, quæ iuxta mare Cyprium decidentia, ponto vim intulere, ex qua effecta ſpuma Venus eſt nata. unde apud Virgilium Neptunnus ad ipſam alloquitur.

Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis
Vnde genus trahis.
& ideo dicebat Seneca
Diua non miti generata ponto
Quam vocat matrem geminus cupido.
& Auſonius dum eam deſcribit
Orta ſalo, ſuſcepta ſolo patre edita Cœlo
Aeneadum genitrix hic habito alma venus.
quod his uerbis expreſsit Plato, de Venere Heſiodo repugnare non decet, ſed concedere, propter ipſam, ex ἀφρῷ hoc eſt ex ſpuma orta eſt. ideo dicebat Ouidius dum ipſam loquentē facit.
Aliqua & mihi gratia & Ponto eſt,
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui, graiumq́. manet mihi nomen ab illo.
idcirco Muſeus dicebat.
Ἀγνὼ ἀπεὶς ὅ τὶ κυπρὶς ἀπὸ πορος ἐστι ταλασσης
καὶ χρα τεινπὸν τοτὸ?
Quæ omnia antiquitas finxit, ut Diogénes Apolloniates ait nō quōd uenus ſit ita appellata, ſed q̂uia per aphroditem ſemen intelligebat. cum ſperma ſit ſanguinis ſpuma, ut etiam dixit Clemens. quare ſi ſemen ſuprapoſitis qualitatibus careat; neceſſum eſt ut uel non generetur animal, uel ſi gignatur imperfectū ſit. Natura enim ut Ariſt. eſt author, ſemper id quod perfectum eſt in ſpetie gignere auet. at deficientibus ſuprapoſitis conditionibus, tam ex uteri parte, quàm ex ſemine: fit ut id gigni nō poſsit gratia exempli ſi natura marem generare ſtatuerit; (id enim ſemper ſtatuit) cum ſit fœmina mas perfectior, eſt enim ut inquit Auerr. fœmella imperfectus mas. ideo deficientibus conditionibus gignitur fœmella, ſi magis deficiāt, monſtra fiūt, ſi adhuc magis, mola, quæ eſt caro informis, fit. Vnde monſtra cum à naturæ inſtituto plurimum aberrent, fieri non poſſunt, niſi ex magnis cauſis. quæ ab Alberto Magno in quatuor redi guntur. in defectum, & materiæ ſuperabundantiam: in materiæ qualitates, & continentis malignitatem. quando ex Ioānis Gandauenſis ſententia, Monſtrum illud fit, quod in diſproportione eſt genitum, ut rectam formam ſecundum ſpeciem haud ſortitum ſit. at ſi ob materiæ defectum oriatur monſtrum; tunc uel id accidit, quia ſecundū formam, nimium, nimiumq́. deficit.

ſit, eſtq. paruum animal ut ſi ex uiro muliereq́ magnis ori etur pigineus. uel quia ei deficiūt membra, ut manus, aut pedes, ut in muliere illa, quæ omnes Italicas urbes quæſtus gratia circuibat, cui cum deficerent manus omnia pedibus agebat. caput comabat, nectebat, ſcribebat, acu etiam multa faciebat, colo filum agebat pyriuolum exonerabat, & alterius pedis ungulas dextrè præcidebat. ſimilem huic mulieri receſet Dion miſſum Auguſto ab Indis adoleſcentem, humeris carentem, qui manuū loco, pedum omnia officio peragebat. iis arcum tendebat, ſagittas emittebat, & tuba canebat. aut ſecundum utrumque, ut in corporis paruitate etiam membra deficiant. quorum rerū cauſſa poteſt & Cometes eſſe, quia exiccat aerem, & etiam animantia, unde & ſemen minuitur, & calidius & ficcius efficitur. & calorem natiuum debilitat, unde & formatrix uirtus etiam labefactatur: ut poſsint talia monſtra fieri. ſi uero accidant monſtra ob materiæ exceſſum: tunc fiunt, quia ex nimia materiæ copia, uel corpora ingentia fiunt ut gigantes. uel in membris abūdat, ut quæ monſtra duo capita habent, ut fuit monſtrum illud à Cœlio Rhodigino deſcriptum. is fuit infans biceps, & multa in eo mira obſeruata ſunt; primum quadrimeſtris, membra omnia cum proceritate reſponſum habentia abſoluta amuſitataque. facies utraq́ ſimilitudinis propè indiſcretæ. in capitibus crines aliquanto longiores, ac nigricantes. inter utrumque caput ex collimitio humerorum tertia ſurrigebatur manus, ſed quæ aures lōgitudine non excederet, nec integra uidebatur omnino. reliquū corpus prorſum benè compactum ac citrà ullæ maculæ fœditatem. & cum exenteratus eſſet. Cor inuentum unū & ſimplex, iecur duplex, ueluti & lien. eſt Eutropius author ſub Theodoſio Imperatore Monſtrum ortum eſſe in Caſtello Emaus Paleſtinæ, quod oppidum Nicopolis eſt dictū. Puer erat perfectus ab umbilico ſurſum diuiſus; ita ut duo pectora haberet, & capita totidem, in quibus perfecti aderant ſenſus. tamē unus edebat ac bibebat, alter uerò nequaquam. nonnumquam ambo dormiebant aliquando vnus ſolummodo, & alter uigilabat. flebat uterque ludebant inſimul, & aliquando ſe inuicē percutiebāt. uixerunt hi duo infantes ferè per biennium, & cum unus mortuus eſſet alter ſuperuixit diebus quatuor. refert Albertus ſe puellam uidiſſe cum uberibus natam pendulis, perfectisq́ ut in

adulta uidentur; cuius mater fatebatur habere etiam menſtruas purgationes. & etiam uidit puerum habentem undecim ora, atque labia uigintiquatuor, ſed incompleta, & linguas undecim. qui antequã ex utero exiret, mortuus eſt. uidi ego puerũ, qui altero ex morbo oculo carebat, cui ſupra pectus annexus erat alter puer. cui deerant podex & caput. cętera membra amuſsitata perfectaq́. erant. uidi & puellæ valdę paruæ cadauer, binas habens linguas cornua ut arietum reflexa, cui unum os, & crus & totam perficiebat tibiã. & gemellorum cadauera, quorũ corpora adnata, & connexa erant. altera verò ordine tertia cenſetur cauſſa ab Alberto, actiua qualitas non regulariter mota, nã à forti caliditate aliquando fit nimia pinguedo: & à nimia frigiditate ingens macies. aliquando uero coniunguntur inquit Ioannes Gandauenſis contrariæ complexionales qualitates: nẽpè vis illa quæ marem procreat, & uis quæ fœminam. & ſic fiũt Hermaphroditi. recenſet Albertus ſe Androgynum uidiſſe. ita in utroque ſexu perfectum, ut abſq́. membrorum impedimento, & incubus, & ſuccubus fieret. Recenſet Realdus Colũbus, ſe plurimos Androgynos uidiſſe, inter quos, & ętiopicam mulierem, ex illis unam quas Gingaras Longobardorum uocabulo appellant, quæ nec coitũ exercere ualebat, erat ei exiguus penis; ſimiliter nec uirum, quem ſummopere deſiderabat, perferre poterat, cum ei anguſtum eſſet matricis collum. fiunt etiã monſtra ob defectum malitiamúe aliquam, uel in utero, uel in ſemine contentam. ex qua ut etiam ex materiæ defectu, ſolent oriri mulieres non perforatæ, ut in fęmella ruſtica uiſum eſt Carinalti; quæ cum eſſet nuptui tradita, opus fuit, ut Thoni ſeparatio fieret; nec umquam admittere, ut ſecantur medicum uoluit. ſic etiam mares fiunt, qui puellæ cenſentur, abditis intus genitalibus membris. ut ſuperioribus annis apud ſanctum Vitum oppidum propè Anconam ſitum uiſum eſt. ſcripſit ad me de re hac pleniſsime Ioannes Baptiſta Bonfactus Cantianenſis Medicus, qui tunc illic publicè medicinam faciebat. uocabatur Angela, & mutato nomine Angelus eſt dictus, qui Anconæ poſtea uxorem duxit. ſic nec adhuc anni ſex ſunt, quod Spoleti hoc accidit. acciderat autem & prius ex Liuii teſtimonio. uocatur Iuuenis Poſthumus, cum prius Poſthuma uocaretur, ex nobili alioquin familia. qui amore cuiuſdam puellę

deinde captus, riualem occidit. teſtatum reliquit Plinius quod Caſsini puer factus ſit ex virgine Licinio Craſſo, & C. Craſſo Conſ. ſimiliter & Argis Ariſtontem, cui nomen Areluſæ. qui nupſit, & barbam emiſit, & etiam ſmirnæ. teſtatum etiam reliquit ſe in Aphrica Lutium Coſsicum ciuem Siſdritanum, nuptiarum die mutatum in marem uidiſſe. quod etiam eueniſſe Alexandri VI. Pont. Max. tempore referunt & Volateranus, & Leander Albertus. neque hoc eſt mirum, nam & quædam (ut ita dicam) toto genere præter naturam uiſa ſunt. ante Hyeroſolimarum excidium quod ſub Veſpaſiano fuit, Vitula dum ſagrificaretur, agnum eſt enixa. ſimili modo in Xerſis exercitu, antequam græciam appuliſſet, equa leporem peperit eſt author Valerius Max. inter iniria Marſici belli quandam Ancillã ſerpentem peperiſſe: & Mulierem Alcippem Elephantẽ. quod & in Cracouia accidiſſe ſcribit Hyeronimus Cardanus. nã puer naſi loco ortus eſt cum promuſcide, oculiſq. rotundis atq; alatis, auribus aſininis, & aliis duobus oculis ſupra umbilicum, cauda muris bifida, ſed adeo longa ut caput ſuperexcederet. & etiam habebat manus pedeſq. cum quaternis digitis ſimillimis, ſed tres membrana veluti anſerini colligabantur. ſub alis, & intra cubitos, & ſupra genua, ſingula capita canum prominebant, ut eſſent omnino numero ſex. & digiti emulabantur accipitris digitos. & tam horrendum monſtrum ſuperuixiſſe tribus horis ferunt. adeo quod uerum dixit Pauſanias, quod ſuo tempore mulieres quædam monſtra Minotauro longe horribiliora peperere. quorum poteſt etiam Cometes in cauſſa eſſe. & quidem non ſolum ſemen diminuendo, ſed malignitatem quũ ſemini, tum & utero comunicando. id experientia potuit hoc anno conſtare, ſi uera narrãtur, quod in Cher oppido monſtrũ ſit ortum, & alia, quæ Pictorũ inuenta exiſtimo, quibus quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas ut Horatius inquit. & nouimus quod cum apparuiſſet Cometes ſub Sabiniano primo Pont. Max. & Phoca Imperatore Conſtantinopoli cum pedibus quatuor puer eſt ortus. & ſub Gregorio primo, & Mauritio Imperatore, qui ante Phocã imperauit, & a quo occiſus eſt cũ crinitũ ſydus uiſum eſſet, in Bizãtij ſub urbanis puer biceps ortus eſt; & etiam alius oculorũ, & palpebrarũ exors, cui manus etiam deerant; & a lumbis ei cauda erat, ut in piſcem detineret.

quæ monſtra, ut Eutropius ait, non optimum, locis illis in quibus naſcuntur protendunt. quare fortè eſt verum, quod mõſtra eò dicta ſunt, quia calamitates monſtrent. & quæ Albertus in quatuor cauſſas retulit de Monſtrorum generatione Hyeronimus Cardanus in tria refert. in unam naturalem, ualde meo iudicio uniuerſalem, nempe in generationis facilitatē, & ob id monſtra plurima inquit in Aegipto fieri. ſed pace eius dixerim, non ob hanc cauſſam Aegiptus Monſtris abundat, ſed quia in Aegipto non extat niſi Nilus, unde animalia, cum ad potandum Nili aquam commeent, inuicem venere utuntur, ex quibus poſtea diuerſi fœtus oriuntur. unde prouerbium ortum eſt, ut ſemper aliquid noui ferat Aphrica. altera cauſſa inquit Cardanus eſt Cometes. tertia ſyderum aſpectus, & concurſus. quod ultimum an ſit uerum uideant Aſtrologi.

De fluminum inundatione. *Cap. XIII.*

Videbor autem hoc in loco pugnantia ſtatuere, atque à prius poſitis multum deuiare. cum ſuperioribus libris ſit obſignatum litteris. Cometas quid quid pariunt, faciūtvè; id non niſi ſuis actiuis qualitatibus patrare. quod etiam paſſiuæ multum adiuuant. Vnde ſi ignis eſt in ſublime accenſus in ſicca exhalatione Cometes, qui fieri poteſt, ut ſit inundationis cauſſa? & tamen id verum eſſe memoriæ eſt ab Hyſtoricis proditum. quum enim ſub Sophiæ Imperio, (nam illa, cùm Iuſtini Imperatoris vxor eſſet, & Iuſtinus dementia agitaretur, Imperium regebat.) cincinnata apparuiſſet, paullo poſt eſt adeo ingens pluuia ſequuta, ut Tibris extra alueum ita excreſceret, vt maxima Romanorum calamitate ſit id factum. & ſub Adeodato Pont. Max. quo tempore ob Mezentij inſidias Conſtantius Imperator eſt occiſus, & Sarraceni ornamenta, quæ Imperator ex Roma abſtulerat, & ſecū Conſtantinopolim ducebat, uehebatq.; dirripiētes, Alexandriā nauigarūt, apparuit Crinitū ſydus, & inter alia dira, & mala, adeo pluuiæ uiguere, ut & inūdationes maximæ ſint ſequutæ, & ſegetes putridæ effectæ, & quibuſdam in locis rurſum ortæ ſint, & ad maturitatem peruētæ. ex quibus id eſt dicendum, quod veluti iris aliquando pluuiam

uiam præmonſtrat, ſic & Cometa faciat. iris enim cum gemina tur, multam vaporum copiam prædicit, unde nubes ex ea geni tæ in imbrem diſſoluuntur. ut Theon apud Cœlium Rhodiginum ait. quod deſignauit Aratus cum dixit.

Ἢ διδυμὴ ἔζωσε διὰ μέγαν ὠρανὸν ἶρις.

neque crediderim quemlibet Cometem id deſignare poſſe: ſed is Cometes deſignet pluuïas qui ex vaporibus exhalationibusque humidis originem trahit. nàm qui fieri poteſt, ut ſi ex valde ſiccis exhalationibus ſit Cometa ortus, cum ſiccus & ſqualidus ſit aer, & etiam tellus fiant pluuiæ nã ſi qui ſunt humidi? vapores, in ſiccas exhalationes reſoluũtur; & magis, magiſq́. ſqualor viget, ut uidimus in calce elapſi anni, cum Cometes ex ualde ſiccis exhalationibus, ut ex colore dignoſcebatur, cõſtaret. ex quibus ſi Cometes originem ex exhalationibus craſsis & humidis oriatur, poteſt quippe imbrium cauſſa eſſe. nam illæ exhalationes maximam humiditatem eſſe quàm in terra, tum & in aere præmonſtrant, quæ cum non poſsint à Cometa conſumi in aere relinquuntur & ſic pluuias faciunt, cum ab igne fuerint ſicciores partes conſumptæ, quæ Cometem alebant. Cauſſa autem imbrium durationis nulla alia eſt cenſenda, niſi uaporũ copia, quæ quottidie augetur. nàm terra inebriatur, & Sol uapores attrahit, & etiam ex ſua natura uapores aſcendunt, & ex ipſis nubes fiunt, quæ in pluuiam diſſoluuntur. & ab omni Cometarum ſpecie fieri poterunt, non autem ab omni Comete. & ſi ab omni Cometa fiant tunc per accidens fient. ſolet enim natura cum diutius ſqualorem paſſa fuerit in multas pluuias prorumpere, ut his diebus effectum eſt. inducit enim maximas ſiccitates a quibus fiunt uenti etiam, & ſi poſt aquilonarem conſtitutionem, onuſto ab ipſa meridie; uenti ex Meridie procreentur, tunc futuros imbres expectare oportet, innata eſt enim in omnibus rebus facultas ſuum contrarium expellendi. igitur dũ auſter expellere tentat boream ſi præualeat, pluuiam parit. quapropter, cum Boreas maxime, per autumnum, hyemem, uer & æſtatem præteritas regnaſſet, effectus decrepitus & impotens, Auſter ſurrexit, qui nunc dominatur, & tota hac hyeme dominabitur, unde & tepida erit, & Medici futuros labores expectare poſſunt. igitur Cometæ aliquando imbrium cauſſæ & ſigna ſunt, aliquando uerò minime, pariunt, ſed deſignant imbres,

bres, nam per ſe faciunt ſiccitatē, & ſunt illius immediata cauſa, ac illam deſignant. neque ſolum Cometes futuros imbres præmonſtrare ualent, ſed etiam Sol, Luna, animalia quædam, lucernæ, & aqua ipſa: poſſunt futuros imbres demonſtrare. eſt Plinius author quod ſi Sol dum oritur concauus conſpicitur, pluuias denotat. ſimiliter ſi antequam oriatur, ſint circam orientem nubes uel nigræ, vel rubeæ pluuias denotat Sol. nam ſi nubeculæ rubeæ cōſiſtant ventos præſagiunt: non enim ſunt adeo craſsi uapores nubes illas conſtituentes, ut in imbrem reſolui ualeant. ſimili modo imbrē prædicunt ſolares radij, ſi circa & oriētem & occidentem, rubei uideantur. ſi in exortu ſpargantur partim ad auſtrum, partim ad aquilonem, pura ſit licet circa cū ſerenitas, pluuiam tamen uentos quæ ſignificabunt. ſi in ortu aut occaſu contracti cernantur radij imbrem. ſi in eius occaſu pluet, aut radij in ſe nubem trahant: aſperam in proximam diē ſignificabit tempeſtatem. Et cum Oriente Sole, ipſius radij nō illuſtres emineant, quamuis nube circundati non ſint, pluuiam protendat. ſi ante exortum nubes globentur, hyemem aſperam denunciabunt. ſi Sol in exortu longe radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam ſignificabit. ſi antè exortum radij ſe oſtendent, aquam & uentum futuros eſſe hariolari licet, quæ omnia ab Arato accipiens Virgilius ſic dicebat.

Sol quoque & exoriens, & cum ſe condet in vndas,
Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequentur:
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq. refugerit orbe,
Suſpecti tibi ſint imbres, namq. vrget ab alto
Arboribuſq. ſatiſq. notus pecoriq. ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radij: aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum liquens aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas.
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis: nam ſepe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Ceruleus pluuiam denunciat: igneus euros.

Sin macula incipient rutilo immiſceriet igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbisq́. videbis
Feruere.

At multo vberius Aratus ex Feſti Auieni uerſione rem hanc deſcribit. ſed nos quum centenarium numerum excedant carmina quæ de re hac ab eo ſunt conſcripta, paucis contenti erimus.

Denique per flammas procul atque incendia Solis
Ipſa Dei cedunt blandi ſi lumina, ſolers
Tende oculos, certa hoc ducentur ſigna magiſtro.
Et ne ſanguineus late rubor induat ora,
Qualia protracta uaga nubila ſæpe rubeſcunt:
Aut ne labenti piceus color abdat amictu
Lampada, quære diu, ſi tetro craſſior orbe eſt,
Vueſcet pluuiis tellus, inflataq́. celſas
Aggere deducto ſuperabunt flumina ripas.
Ecce alias primo naſcentis Solis in ortu,
Vel cum præcipites pelago deus inſerit ignes,
Vt coeunt radij nebuloſo: cætera quippe
Pars hyperioniæ rutilat facis hicq́. Comarum
Vis confuſa micans mundo ſua lumina præſtat.
Hic globus ater item liuentia nubila cogit,
Nonnumquam craſſo nebularum tectus amictu,
In conuexa redit, tum Cælo rurſus aperto
Cum ruit, oppoſita uultum caligine condit,
Omnibus his ſignis in terram defluit imber
Plurimus. interdum tenuis preuertere nubes
Vita Deum, hac celeris ſi preſurexerit ortum,
Ipſeque pone ſequens radiorum luce carere
Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.

& inferius idem Aratus dicebat.

Quin naſcente die venturos conuenit imbres
Noſcere, cum proni procul ad confinia Cæli
Deferri ſpiceo ſpectaris nubila tractu.
Et cum declinant radij ſe partem in vtramque,
Lucis in occaſu, nox ut ferat algida rores,
Imber erit. & paullo poſt.
ſed cum radijs mærentibus ardor

 Languet,

Languet, & in tenui tenduntur acumine fruſtra.
Phœbei crines, nimbos arguit atra procella.
& inferius. *aut tibi rurſum*
Cum matutinos molitur Lucifer ortus,
Ebria ſanguineæ ſubuoluunt vellera nubes.
Namq; grauis cœlo fundetur protinus imber.
Nec ſi Sole procul rutila inter ſtagna morante
Emineant radij, radios quoq. craſſior umbra
Contegat, ille dies pluuijs ventoq. carebit.
Quin erit imber item, ſi Solem circulus ater
Ambiat exortum: maior ſe denique nimbus
Vrgebit cœlo, maior ſola perluet imber:
Circumfuſa adeo ſi cingula neſcia ſolui
Seruarent terræ ſpeciem torpentia molis.

Sic ex Luna poſſumus vel faciliter pluuiarum imbriumq. tempeſtates pręſagire. nam ut omittat quæ dicit Aratus (nimis enim excreſceret Oratio.) ſic Virgilius de hac re ait.

Luna reuertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro comprehenderit aera cornu:
Maximus agricolis, pelagoq. parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper ruber aurea phœbe.
Sin ortu in quarto (namq. is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per Cœlum cornibus ibit.
Totus & ille dies, & qui naſcetur ab illo
Exactum ad menſem pluuia, ventisq. carebunt.

animalia etiam multa imbrem prædicunt futurum, ut grus, & rana, ac bucula. ſic Valla ex Heſiodo dicebat.

Contemplare etiam cum grus è nubibus altis
Aßiduos agitat clamores, nunciat imbrem
Venturamq. hyemem, tempusq. indicit arandi

& de alijs ſic Aratus.

Si repetunt veterem ranæ per ſtagna querelam,
Vellera ſi Cœlo uolitent, ſi diſcolor iris
Demittat gemino ſe. fornice, circulus albam
Si ſtellam teter uelut ambiat, æquora propter
Si crepitent uolucres, ſi gurgite ſæpius alto
Pectora merſentur, ſi crebo garula hirundo

Stagna adeat, rutila cum ſint primordia lucis.
Improba ſi cornix caput altis inſerit undis,
Flumine terga rigans, ſi ſçuet gutture rauco,
Pluribus abruptis fundetur nubibus imber.
Imber erit, totis cum bucula naribus auras
Concipit: & late pluuijs ſola cuncta madebunt.
Cum proprias ſolers ſedes formica relinquet,
Oua cauis effert penetralibus, aſpera quippe
Tempeſtas, geliduſq. dies, & frigidus æther.
Inſerit internis terrarum redditus aſtus
Pectora cum curuo purgat gallinula roſtro:
Agmine cum denſo circum volitare videtur
Graculus, & tenui cum ſtridunt gutture corui,
Cum procera ſalum repetit clangore frequenti
Ardea. cum parua deſigunt ſpicula muſcæ,
Et ſi nocturnis ardentibus vndiq. teſtis
Concreſcunt fungi, ſi flammis emicet ignis
Effluus, aut lucis ſubſtantia langueat ultro,
Conuenit inſtantes prænoſcere protinus imbres.
Denique cum patulam torret Vulcanus ahenum,
Scintillas flamma circum labente reliquit.

Quæ omnia ab Arato excerpſit Virgilius, & in ſuis de agricul tura libris apprimè exculpſit. igitur non ſolum Cometes, poteſt præſagire futuram imbrem, ſed & illius cauſſa eſſe, ut ſupra ad notauimus. at illa omnia quæ ex Arato diximus non ſunt pluuiæ cauſſa, ſed ſolum ipſam venturam præmonſtrant.

De vera cauſſa & effectu Cometæ. Cap. XIIII.

CVm Deus Opt. Max. Mundum ex nihilo creauerit, vt pulchritudinem miram efficeret, ut Plalonici aiunt. qua tuor naturas mundo accomodauit. haſq. ſecundum illā ideam quam æternè in ſempiterna illa beata, ac ſimpliciſsima mente concepit. Cœlitum naturam, corpore vacantem, ac interitu; aeream, aqueam, & terrenam. Cœleſtem, in nouem diuiſit ordines; ut eſſent iter illos beatos ſpiritus, qui ſupremum,

qui medium, qui infimum locũ tenerent. qui omnes communi nomine cò dicuntur Angeli, ut ait Dioniſius Areopagita, quod omnium ſit æqua ſocietas: atque ad Dei ſimilitudinem, lucemq́; diuinam, una intentione nitantur. Volucrum item naturam in aere locauit. in quo tot, tantæq́. auium ſpecies, non niſi ſumma Dei Opt. Max. admiratione ſpectantur. Similiter in aquatiliũ natura, forma, ac uarietate. & in terreſtrium natura. in qua, cum multa animantium genera conſtituerit, unum tamen omnibus præpoſuit genus, quod quandam mediam ſortitum eſſet naturam, inter Cœlites, & alia animantia. quod genus humanum fuit, idcirco creatum, ut Deum ſummum bonum inuiſibilẽ, increatum, æternum, immenſum, iuſtum, ſanctiſsimum omniſciẽtem, & omnipotentẽ cognoſceret, qui homini ſuam gloriam cõmunicare deſiderat. ideo hominis partes ſunt, vt ipſum amet, ut eo frui poſsit. neque ſolum omnipotens Olympi fabricator & cuſtos, hoc in hominum gratiam feciſſe cõtentus fuit, ſed ei oĩa ſubiecit, ut omnibus dominaretur. O mira bonitas, & excelſa ſimplicitas. at cum è ſuo arbitratu homo, & prauorũ angelorũ ſuadela, qui cum optimi & ſanctiſsimi creati forent: naturæ ſuæ faſtu, ac turgentia ducti, in hunc caliginoſum aerẽ detruſi ſunt: ſe ipſos, illi ſimpliciſsimæ, & æternæ Maieſtati æquare cupientes: à ſuis coequalibus ſpiritibus, ſunt è cœlo in inferna, & caduca hæc dimiſsi. & ob id fortè à Socrate Deorum filij ſpurij ſunt dicti. qui numquam gaudent, niſi cum male operantur, & omnia in hominum perniciem agunt. ideóque eis, & ex libera facultate, ipſorumque Demonum ſuadela homo eſſet emãcipatus: ut eum liberaret, miſit Deus filium ſuum, uerbũ illud æternum patri æquale quod caro fieret, & ſub lege homo eſſet, qui morte ſua hominem redemit. at neque hiſce contenta eſt diuina Maieſtas, immenſaque bonitas, ſed immitit ſemper Angelos ſuos ut Prouinciis præſint, regionibusq́. oppidis, ac eorum Præſidentibus & hominibus ſingulis ſingulos dedit Angelos, vt ipſos cuſtodiant, ac ab immundorum ſpirituum nequitia, ac ui defendant. & ueritatem illuminando edoceant homines, a falſitateq́. deterreant. ſic etiam omni animantium ratione carentiũ ſpeciei, & herbarum, ac denique omnibus rebus ſuum præfecit angelum. ut docuerunt Dionuſius Areopagita Lactantius Firmianus, Marcus Antonius Natta, & Arcangelus Burgo-

at cum hominum iniquitas adeo creuerit, & aucta ſit, vt uindictam, Deiq́. ultionem expoſtulet, tunc miris modis hominē prędocet; ut reſipiſcat, & mutata morum formula, ſanctius, fidelius, ac beatius uiuat. ſi id non effecerit durum genus & ceruicoſum, ſciat arcum ſuum tēdere altiſsimum, & ſagittas parare, & in eis Mortis uaſa. nam ut eſt Valerius Max. author quo magis Dei ultio, ac uindicta remoratur, eo magis augetur & furit. Idcirco & aliquibus ſomnia dantur: eſt enim Diuina quædam res ſomnium, ut eſt author Homerus. paucis hiſce uerbis.

καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν

ſic legimus in ſacris litteris Iacob per ſomnium doctum fuiſſe. ſic Ioſeph ſuam gloriam præuidit: ſic Pharao multa cōſpicatus eſt; ſic Magi admoniti ſunt in ſomnis ne redirent ad Herodē, ſic Ioſeph ut in Aegyptum abiret. at ſacra Hyſtoria relicta ad alias ueniamus: ut hoc etiam ſæpe fieri conſpiciamus. Varronia no cum crebro liberos amitteret, in ſomnio præceptum eſt; ut futurum filium uocaret Iouianum, qui poſtea Imperator eſt effectus: cum Iuſtus Iuſtinæ pater Piceni Iudex eſſet, in ſomniis uidit, quō ex dextro fęmore, imperialem purpuram genuiſſet. quare occiſus eſt à Cōſtantio, uerente ne Imperator ex eo naſceretur. ſed Iuſtina eius filia à Valentiniano Imp. in matrimoniū ducta eſt, ex qua Valentinianus ēt ortus eſt, ſed Imperator cum Seueram cōiungem haberet, ex eaq́. Gratianum ſuſcepiſſet: & Seuera ualde Iuſtinā apud eum celebraſſet: legē de duabus uxoribus accipiēdis ſanxit, & ſic Iuſtinam in matrimoniū duxit. ſic admonitus in ſomniis eſt Theodoſius, ut contra Eugeniū bellū ageret. & Arcadius ut bellum in Gildonē pararet. & Anaſtaſius in ſomnis mortem, propter eius malā fidem (Euthichiū Hereſiarcam ſequebatur.) præuidit. ſed quod uidit Mauritius Imp. hoc modo ex Eutropio ſe habet. cū nocte ipſe dormiret, facta eſt ei uox ex Charactere Magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti dicens, Date Mauritiū, & tenentes eū iudiciorū miniſtri, exhibuerunt, eū ante p[illegible] eū umbilicū, qui illic erat. & ait ad eum propri[illegible] V[illegible] m tibi, hic an in futuro ſęculo? Quo aud[illegible] minū Domine, & Iudex iuſte, [illegible] iuſsit Diuina vox tradi Mau[illegible] ius, & filios, & oēm cognatio[illegible] expergefactus, uocauit generū ſuum

De Monſtris. Cap. XII.

CVM ſemen, ut Galenus ait, ſit uis in humido cõſperſa: ſi congruas nanciſcatur oportunitates, fit ut facilè conceptio fiat. congruas occaſiones, tunc ſemen habere poteſt, quando optima temperatura gaudent loca, in quibus conceptio fieri debet. ſi ſecus accidat; ſterilitatis potius cauſſa eſt quàm fœcunditatis: ut enim ager: ut Clemens Alexãdrinus ab Hyp. accipiens; ait, qui vel ſqualidus eſt, uel arenoſus, uel uliginoſus & per humidus; ſuſceptum ſemen exiccat, & corrumpit: ſic & in fœminis uterus non probè concinnatus, ſemen aqueum uel reddit, uel exurit. viſcoſus autem campus ut ſemen retinet, & germinare facit, abunde alimentum ſuppeditans: ita vulua temperata, & optimè diſpoſita, aprehenſum retinet ſemen, fouet, & uitale quod poteſtate erat, in medium promit, ſic ex Hypp. Luiſinus dicebat.

Infæcunda aluus, ſpiſſa eſt, & frigida præque
Humida, namque in ea genitura extinguitur omnis.
Nec quæ ſicca nimis, quæ ve urens, concipit aluus,
Semina in his etenim ſic corrumpuntur arenis
Et quæ ſaxoſis, medio & mandantur in æſtu.
At quæ vteri mediam mulier ſortitur, habetque
Temperiem, multa faciet te prole parentem.

Nam cum ſit vterus inter ueſicam & inteſtinũ rectum ſitus, ſitque ex ſubſtantia neruea: eius forma, effigiesve ac figura uituli caput dum cornua prorumpit ex Herophyli ſentẽtia ęmulatur: uel ut ait Ruffus Epheſius medicinalis cucurbitulæ figuram. habetq́. in oſtio caruncùlas quaſdam, quę nimphæ à medicis uocantur. quaſi in ipſo oſtio dare inhabitantes, miram, nec litteris explicandam uoluptatem pariant. in cuius ſinu adeo quandoq́. extra prominet Tentigo ab Albucaſi dicta: quæ Auicennæ dicitur uirga, uel albathara. græci uero ut notat Gabriel Falopius præceptor meus uocarunt κλιτορίδα. Realdus Columbus ueneris amorem, uel dulcedinem uocat. igitur fœmina cum temperatos ſocellos habet concipit. ſimili modo & uir. nam cũ rarum habet corpus, uel frigidum non poteſt fœminam grauidam reddere. unde idem Luiſinus ex Hypp. canebat.

His hoc etiam in maribus contingere cauſis
Inuenies, etenim vel rara ob corpora fertur
Spiritus ipſe extrà, trans ut non ſemina mitti
Eualeant, uel craſſitie haud excernitur humor.
Frigora vel propter nequit ille caleſcere, acerno
Huc adire queat facto, aut hoc euenit aſtu.

Nec ſolum ex iſtis cauſsis accidere poteſt, ut fœcunditas impedita ſit, ſed etiam ex ſemine ipſo: nam cum ſit quid quartæ coctionis quæ in animante fit, ut uoluit Auicennas: quod & Soranus Epheſius, & Galenus ante eum uoluere. ideo ſi probam coctionem non recipiat, infœcundum eſt. fit enim ſemen ex puriori nobilioriq. ſanguine. ut Eraſiſtratus, & Herophylus, dixere, & poſt hos Galenus. ideo Petrus Abanus Conciliator dicebat, eſt quidem ſperma ſiue genitura, utilis ſuperfluitas, ultimi alimenti ſanguinei, in partes diſtributi. ideo ſemen, ſanguinem uocauit Iuuenalis

Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis hares
Accipiat ſanè mercedem ſanguinis.

Cuius fœcunditas, ut Ruffus Epheſius ait conſpicitur, cum ſit grandinoſum ac craſſum. addamus etiam, quod cum ſit album (non enim uel in Aethiopibus eſt nigrum, ut dicebat Herodorus) ſpumans etiam eſſe conſpicitur. quæ ſpuma ideo fit, quoniam ex paruis partibus conſtat, quæ eſt albedinis cauſſa in ſemine vt uoluit Auerr. Hinc ex Euſepio ortam poetis occaſionem crediderim, ut Venus ſit ex maris ſpuma genita. quando ſit maris aqua calida & humida manifeſtè: crebroque motu agitetur, ut ſpumans fiat. quare Clemens Alexandrinus dicebat. Apertè autem dico, quæ ſunt occulta, non erubeſcens dicere ea, quæ non pudet uos adorare. Quæ ergo ex ſpuma, & in Cypro eſt genita Cyniræ amica, Venerem dico, quæ φιλομμήδης dicitur, quod exorta ſit ἐκ μηδέων, hoc eſt ex genitalibus, ex ſalacibus illis inquam genitalibus, quæ cœlo abſciſſa ſunt, quæ poſt abſciſsionem fluctui uim attulerunt. hactenus Clemens. ferunt enim Saturnum cum in Cœlum patrem eſſet iratus, ei falce genitalia obſcidiſſe, quæ iuxta mare Cyprium decidentia, ponto vim intulere, ex qua effecta ſpuma Venus eſt nata. unde apud Virgilium Neptumnus ad ipſam alloquitur.

Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis

Vnde genus trahis.

& ideo dicebat Seneca

Diua non miti generata ponto

Quam vocat matrem geminus cupido.

& Auſonius dum eam deſcribit

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo patre edita Cælo

Aeneadum genitrix hic habito alma venus.

quod his uerbis expreſsit Plato, de Venere Heſiodo repugnare non decet, ſed concedere, propter ipſam, ex ἀφρ hoc eſt ex ſpuma orta eſt. ideo dicebat Ouidius dum ipſam loquentē facit.

Aliqua & mihi gratia & Ponto eſt,

Si tamen in medio quondam concreta profundo

Spuma fui, graiumq. manet mihi nomen ab illo.

idcirco Muſeus dicebat.

Ἀγνὰ αὐτὶς ὁ τὶ κυπρὶς ἀπὸ πόρου ἐστὶ ταλασσης

καὶ κρατεῖν τὸν τοῦ?

Quæ omnia antiquitas finxit, ut Diogenes Apolloniates ait nō quòd uenus ſit ita appellata, ſed quia per aphroditem ſemen intelligebat. cum ſperma ſit ſanguinis ſpuma, ut etiam dixit Clemens. quare ſi ſemen ſuprapoſitis qualitatibus careat; neceſſum eſt ut uel non generetur animal, uel ſi gignatur imperfectū ſit. Natura enim ut Ariſt. eſt author, ſemper id quod perfectum eſt, in ſpetie gignere auet. at deficientibus ſuprapoſitis conditionibus, tam ex uteri parte, quàm ex ſemine: fit ut id gigni nō poſsit gratia exempli ſi natura marem generare ſtatuerit; (id enim ſemper ſtatuit) cum ſit fœmina mas perfectior, eſt enim ut inquit Auerr. fœmella imperfectus mas. ideo deficientibus conditionibus gignitur fœmella, ſi magis deficiāt, monſtra fiūt, ſi adhuc magis, mola, quæ eſt caro informis, fit. Vnde monſtra cum à naturæ inſtituto plurimum aberrent, fieri non poſſunt, niſi ex magnis cauſis. quæ ab Alberto Magno in quatuor rediguntur. in defectum, & materiæ ſuperabundantiam: in materiæ qualitates, & continentis malignitatem. quando ex Ioānis Gandauenſis ſententia, Monſtrum illud fit, quod in diſproportione eſt genitum, ut rectam formam ſecundum ſpeciem haud ſortitum ſit. at ſi ob materiæ defectum oriatur monſtrum; tunc uel id accidit, quia ſecundū formam, nimium, nimiumq. deficit,

ſit, eſtq. paruum animal ut ſi ex uiro muliereq́ magnis ori. eatur pigmeus. uel quia ei deficiũt membra, ut manus, aut pedes, ut in muliere illa, quæ omnes Italicas urbes quæſtus gratia circuibat, cui cum deficerent manus omnia pedibus agebat. caput comabat, nectebat, ſcribebat, acu etiam multa faciebat, colo filum agebat pyriuolum exonerabat, & alterius pedis ungulas dextrè præcidebat. ſimilem huic mulieri recēſet Dion miſſum Auguſto ab Indis adoleſcentem, humeris carentem, qui manuũ loco, pedum omnia officio peragebat. iis arcum tendebat, ſagittas emittebat, & tuba canebat. aut ſecundum utrumque, ut in corporis paruitate etiam membra deficiant. quorum rerũ cauſſa poteſt & Cometes eſſe, quia exiccat aerem, & etiam animantia, unde & ſemen minuitur, & calidius & ſiccius efficitur. & calorem natiuum debilitat, unde & formatrix uirtus etiam labefactatur: ut poſsint talia monſtra fieri, ſi uero accidant monſtra ob materiæ exceſſum: tunc fiunt, quia ex nimia materiæ copia, uel corpora ingentia fiunt ut gigantes. uel in membris abũdat, ut quæ monſtra duo capita habent, ut fuit monſtrum illud à Cœlio Rhodigino deſcriptum. is fuit inſans biceps, & multa in eo mira obſeruata ſunt; primum quadrimeſtris. membra omnia cum proceritate reſponſum habentia abſoluta amuſitataque. facies utraq́ ſimilitudinis propè indiſcretæ. in capitibus crines aliquanto longiores, ac nigricantes. inter utrumque caput ex collimitio humerorum tertia ſurrigebatur manus, ſed quæ aures lõgitudine non excederet, nec integra uidebatur omnino. reliquũ corpus prorſum benè compactum ac citrà ullæ maculæ fœditatem. & cum exenteratus eſſet. Cor inuentum unũ & ſimplex, iecur duplex, ueluti & lien. eſt Eutropius author ſub Theodoſio Imperatore Monſtrum ortum eſſe in Caſtello Emaus Paleſtinæ, quod oppidum Nicopolis eſt dictũ. Puer erat perfectus ab umbilico ſurſum diuiſus; ita ut duo pectora haberet, & capita totidem, in quibus perfecti aderant ſenſus. tamẽ unus edebat ac bibebat, alter uerò nequaquam. nonnumquam ambo dormiebant aliquando vnus ſolummodo, & alter uigilabat. flebat uterque ludebant inſimul, & aliquando ſe inuicẽ percutiebãt. uixerunt hi duo infantes ferè per biennium, & cum unus mortuus eſſet alter ſuperuixit diebus quatuor. refert Albertus ſe puellam uidiſſe cum uberibus natam pendulis, perfectiſq́ ut ini

adulta uidentur; cuius mater fatebatur habere etiam menſtruas purgationes. & etiam uidit puerum habentem undecim ora, atque labia vigintiquatuor, ſed incompleta, & linguas undecim. qui antequã ex utero exiret, mortuus eſt. uidi ego puerũ, qui altero ex morbo oculo carebat, cui ſupra pectus annexus erat alter puer. cui deerant podex & caput. cętera membra amuſsitata perfectaq. erant. uidi & puellæ valdę paruæ cadauer, binas habens linguas cornua ut arietum reflexa, cui unum os, & crus & totam perficiebat tibiã. & gemellorum cadauera, quorũ corpora adnata, & connexa erant. altera verò ordine tertia cenſetur cauſſa ab Alberto, actiua qualitas non regulariter mota, nã à forti caliditate aliquando fit nimia pinguedo: & à nimia frigiditate ingens macies. aliquando uero coniunguntur inquit Ioannes Gandauenſis contrariæ complexionales qualitates: nẽpè vis illa quæ marem procreat, & uis quæ fœminam. & ſic fiũt Hermaphroditi. recenſet Albertus ſe Androgynum uidiſſe, ita in utroque ſexu perfectum, ut abſq. membrorum impedimento, & incubus, & ſuccubus fieret. Recenſet Realdus Colũbus, ſe plurimos Androgynos uidiſſe, inter quos, & ętiopicam mulierem, ex illis unam quas Gingaras Longobardorum uocabulo appellant, quæ nec coitũ exercere ualebat, erat ei exiguus penis; ſimiliter nec uirum, quem ſummopere deſiderabat, perferre poterat, cum ei anguſtum eſſet matricis collum. fiunt etiã monſtra ob defectum malitiamúe aliquam, uel in utero, uel in ſemine contentam. ex qua ut etiam ex materiæ defectu, ſolent oriri mulieres non perforatæ, ut in fęmella ruſtica uiſum eſt Carinatij; quæ cum eſſet nuptui tradita, opus fuit, ut Thoni ſeparatio fieret; nec umquam admittere, ut ſecantur medicum uoluit. ſic etiam mares fiunt, qui puellæ cenſentur, abditis intus genitalibus membris. ut ſuperioribus annis apud ſanctum Vitum oppidum propè Anconam ſitum uiſum eſt. ſcripſit ad me de re hac pleniſsime Ioannes Baptiſta Bonfactus Cantianenſis Medicus, qui tunc illic publicè medicinam faciebat. uocabatur Angela, & mutato nomine Angelus eſt dictus, qui Anconæ poſtea uxorem duxit. ſic nec adhuc anni ſex ſunt, quod Spoleti hoc accidit. acciderat autem & prius ex Liuii teſtimonio: uocatur Iuuenis Poſthumus, cum prius Poſthuma uocaretur, ex nobili alioquin familia. qui amore cuiuſdam puellę

deinde

deinde captus, riualem occidit. teſtatum reliquit Plinius quod Caſsini puer factus ſit ex virgine Licinio Craſſo, & C. Craſſo Conſ. ſimiliter & Argis Ariſtontem, cui nomen Areltuſæ qui nupſit, & barbam emiſit, & etiam ſmirnæ. teſtatum etiam reliquit ſe in Aphrica Lucium Coſsicum ciuem Siſdritanum, nuptiarum die mutatum in marem uidiſſe. quod etiam eueniſſe Alexandri VI. Pont. Max. tempore referunt & Volateranus, & Leander Albertus. neque hoc eſt mirum, nam & quædam (ut ita dicam) toto genere præter naturam uiſa ſunt. ante Hyeroſolimarum excidium quod ſub Veſpaſiano fuit, Vitula dum ſagrificaretur, agnum eſt enixa. ſimili modo in Xerſis exercitu, antequam græciam appuliſſet, equa leporem peperit eſt autor Valerius Max. inter iniria Marſici belli quandam Ancillã ſerpentem peperiſſe: & Mulierem Alcippem Elephantẽ. quod & in Cracouia accidiſſe ſcribit Hyeronimus Cardanus. nã puer naſi loco ortus eſt cum promuſcide, oculisq́. rotundis atq; alatis, auribus aſininis, & aliis duobus oculis ſupra umbilicum, cauda muris bifida, ſed adeo longa ut caput ſuperexcederet. & etiam habebat manus pedesq́. cum quaternis digitis ſimillimis, ſed tres membrana veluti anſerini colligabantur. ſub alis, & intra cubitos, & ſupra genua, ſingula capita canum prominebant, ut eſſent omnino numero ſex. & digiti emulabantur accipitris digitos. & tam horrendum monſtrum ſuperuixiſſe tribus horis ferunt. adeo quod uerum dixit Pauſanias, quod ſuo tempore mulieres quædam monſtra Minotauro longe horribiliora peperere. quorum poteſt etiam Cometes in cauſſa eſſe. & quidem non ſolum ſemen diminuendo, ſed malignitatem quã ſemini, tum & utero comunicando. id experientia potuit hoc anno conſtare, ſi uera narrãtur, quod in Cher oppido monſtrũ ſit ortum, & alia, quæ Pictorũ inuenta exiſtimo, quibus quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas ut Horatius inquit. & nouimus quod cum apparuiſſet Cometes ſub Sabiniano primo Pont. Max. & Phoca Imperatore Conſtantinopoli cum pedibus quatuor puer eſt ortus. & ſub Gregorio primo, & Mauritio Imperatore, qui ante Phocã imperauit, & a quo occiſus eſt cũ crinitũ ſydus uiſum eſſet, in Bizãtij ſub urbanis puer biceps ortus eſt; & etiam alius oculorũ, & palpebrarũ exors, cui manus etiam deerant: & a lumbis ei cauda erat, ut in piſcem detineret.

quæ

quæ monſtra, ut Eutropius ait, non optimum, locis illis in quibus naſcuntur protendunt. quare fortè eſt verum, quod mõſtra eò dicta ſunt, quia calamitates monſtrent. & quæ Albertus in quatuor cauſſas retulit de Monſtrorum generatione Hyeronimus Cardanus in tria refert. in unam naturalem, ualde meo iudicio uniuerſalem. nempe in generationis facilitatẽ, & ob id monſtra plurima inquit in Aegipto fieri. ſed pace eius dixerim, non ob hanc cauſſam Aegiptus Monſtris abundat, ſed quia in Aegipto non extat niſi Nilus, unde animalia, cum ad potandum Nili aquam commeent, inuicem venere utuntur, ex quibus poſtea diuerſi fœtus oriuntur. unde prouerbium ortum eſt, ut ſemper aliquid noui ferat Aphrica. altera cauſſa inquit Cardanus eſt Cometes. tertia ſyderum aſpectus, & concurſus. quod ultimum an ſit uerum uideant Aſtrologi.

De fluminum inundatione. *Cap. XIII.*

VIdebor autem hoc in loco pugnantia ſtatuere, atque à prius poſitis multum deuiare. cum ſuperioribus libris ſit obſignatum litteris. Cometas quid quid pariunt, faciũtvè; id non niſi ſuis actiuis qualitatibus patrare. quod etiam paſſiuæ multum adiuuant. Vnde ſi ignis eſt in ſublime accenſus in ſicca exhalatione Cometes, qui fieri poteſt, ut ſit inundationis cauſſa? & tamen id verum eſſe memoriæ eſt ab Hyſtoricis proditum. quum enim ſub Sophiæ Imperio, (nam iſta, cùm Iuſtini Imperatoris vxor eſſet, & Iuſtinus dementia agitaretur, Imperium regebat.) cincinnata apparuiſſet, paullo poſt eſt adeo ingens pluuia ſequuta, ut Tibris extra alueum ita excreſceret, vt maxima Romanorum calamitate ſit id factum. & ſub Adeodato Pont. Max. quo tempore ob Mezentij inſidias Conſtantius Imperator eſt occiſus. & Sarraceni ornamenta, quæ Imperator ex Roma abſtulerat, & ſecũ Conſtantinopolim ducebat, uehebatq.; dirripiẽtes, Alexandriã nauigarũt, apparuit Crinitũ ſydus, & inter alia dira, & mala, adeo pluuiæ uiguere, ut & inũdationes maximæ ſint ſequutæ, & ſegetes putridæ effectæ, & quibuſdam in locis rurſum ortæ ſint, & ad maturitatem peruẽtæ. ex quibus id eſt dicendum, quod veluti iris aliquando pluuiam

uiam præmonſtrat, ſic & Cometa faciat. iris enim cum gemina tur, multam vaporum copiam prædicit, unde nubes ex ea geni tæ in imbrem diſſoluuntur. ut Theon apud Cœlium Rhodigi- num ait. quod deſignauit Aratus cum dixit.

Ἢ διδύμη ἔζωσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις.

neque crediderim quemlibet Cometem id deſignare poſſe: ſed is Cometes deſignet pluuias qui ex vaporibus exhalationibus- que humidis originem trahit. nàm qui fieri poteſt, ut ſi ex val- de ſiccis exhalationibus ſit Cometa ortus, cum ſiccus & ſquali- dus ſit aer, & etiam tellus fiant pluuiæ nã ſi qui ſunt humidi? va- pores, in ſiccas exhalationes reſoluũtur; & magis, magiſq́. ſqua- lor viget, ut uidimus in calce elapſi anni, cum Cometes ex ual- de ſiccis exhalationibus, ut ex colore dignoſcebatur, cõſtaret. ex quibus ſi Cometes originem ex exhalationibus craſsis & hu- midis oriatur, poteſt quippe imbrium cauſſa eſſe. nam illæ ex- halationes maximam humiditatem eſſe quàm in terra, tum & in aere præmonſtrant, quæ cum non poſsint à Cometa conſumi in aere relinquuntur & ſic pluuias faciunt, cum ab igne fuerint ſicciores partes conſumptæ, quæ Cometem alebant. Cauſſa au- tem imbrium durationis nulla alia eſt cenſenda, niſi uaporũ co- pia, quæ quottidie augetur. nàm terra inebriatur, & Sol uapo- res attrahit, & etiam ex ſua natura uapores aſcendunt, & ex ip- ſis nubes fiunt, quæ in pluuiam diſſoluuntur. & ab omni Co- metarum ſpecie fieri poterunt, non autem ab omni Comete. & ſi ab omni Cometa fiant tunc per accidens fient. ſolet enim na- tura cum diutius ſqualorem paſſa fuerit in multas pluuias pro- rumpere, ut his diebus effectum eſt. inducit enim maximas ſic- citates a quibus fiunt uenti etiam, & ſi poſt aquilonarem conſti tutionem, onuſto ab ipſa meridie; uenti ex Meridie procreen- tur, tunc futuros imbres expectare oportet, innata eſt enim in omnibus rebus facultas ſuum contrarium expellendi. igitur dũ auſter expellere teniat boream ſi præualeat, pluuiam parit. qua- propter, cum Boreas maxime, per autumnum, hyemem, uer & æſtatem præteritas regnaſſet, effectus decrepitus & impotens, Auſter ſurrexit, qui nunc dominatur, & tota hàc hyeme domi- nabitur, unde & tepida erit, & Medici futuros labores expe- ctare poſſunt. igitur Cometæ aliquando imbrium cauſſæ & ſi- gna ſunt, aliquando uerò minime, pariunt, ſed deſignant im-

bres,

bres, nam per ſe faciunt ſiccitatē, & ſunt illius immediata cauſſa, ac illam deſignant. neque ſolum Cometes futuros imbres præmonſtrare ualent, ſed etiam Sol, Luna, animalia quædam, lucernæ, & aqua ipſa: poſſunt futuros imbres demonſtrare. eſt Plinius author quod ſi Sol dum oritur concauus conſpicitur, pluuias denotat. ſimiliter ſi antequam oriatur, ſint circam orientem nubes uel nigræ, vel rubeæ pluuias denotat Sol. nam ſi nubeculæ rubeæ cōſiſtant ventos præſagiunt: non enim ſunt adeo craſſi uapores nubes illas conſtituentes, ut in imbrem reſolui ualeant. ſimili modo imbrē prædicunt ſolares radij, ſi circa & orientem & occidentem, rubei uideantur. ſi in exortu ſpargantur partim ad auſtrum, partim ad aquilonem, pura ſit licet circa cū ſerenitas, pluuiam tamen uentos quæ ſignificabunt. ſi in ortu aut occaſu contracti cernantur radij imbrem. ſi in eius occaſu pluet, aut radij in ſe nubem trahant: aſperam in proximam diē ſignificabit tempeſtatem. Et cum Oriente Sole, ipſius radij nō illuſtres emineant, quamuis nube circundati non ſint, pluuiam protendat. ſi ante exortum nubes globentur, hyemem aſperam denunciabunt. ſi Sol in exortu longe radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam ſignificabit. ſi antè exortum radij ſe oſtendent, aquam & uentum futuros eſſe hariolari licet: quæ omnia ab Arato accipiens Virgilius ſic dicebat.

Sol quoque & exoriens, & cum ſecondet in vndas,
Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequentur:
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq. refugerit orbe,
Suſpecti tibi ſint imbres, namq. vrget ab alto
Arboribuſq. ſatiſq. notus pecoriq́ ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radij: aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum liquens aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas.
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis: nam ſepe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Ceruleus pluuiam denunciat: igneus euros.

Sin macula incipient rutilo immiſceriet igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbiſq. videbis
Feruere.

At multo vberius Aratus ex Feſti Auieni uerſione rem hanc deſcribit. ſed nos quum centenarium numerum excedant carmina quæ de re hac ab eo ſunt conſcripta, paucis contenti erimus.

Denique per flammas procul atque incendia Solis
Ipſa Dei cedunt blandi ſi lumina, ſolers
Tende oculos, certa hoc ducentur ſigna magiſtro.
Et ne ſanguineus late rubor induat ora,
Qualia protracta uaga nubila ſæpe rubeſcunt:
Aut ne labenti piceus color abdat amictu
Lampada, quare diu, ſi tetro craſſior orbe eſt,
Vueſcet pluuiis tellus, inflataq. celſas
Aggere deuecto ſuperabunt flumina ripas.
Ecce alias primo naſcentis Solis in ortu,
Vel cum præcipites pelago deus inſerit ignes,
Vt coeunt radij nebuloſo: cætera quippe
Pars hyperionia rutilat facis hicq. Comarum
Vis confuſa micans mundo ſua lumina præſtat.
Hic globus ater item liuentia nubila cogit,
Nonnumquam craſſo nebularum tectus amictu,
In conuexa redit, tum Cælo rurſus aperto
Cum ruit, oppoſita uultum caligine condit.
Omnibus his ſignis in terram defluit imber
Plurimus. interdum tenuis preuertere nubes
Viſa Deum, hac celeris ſi preſurexerit ortum,
Ipſeque pone ſequens radiorum luce carere
Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.

& inferius idem Aratus dicebat.

Quin naſcente die venturos conuenit imbres
Noſcere, cum proni procul ad confinia Cæli
Deferri ſpiceo ſpectaris nubila tractu.
Et cum declinant radij ſe partem in vtramque,
Lucis in occaſu, nox ut ferat algida rores,
Imber erit. & paullo poſt.
ſed cum radijs mærentibus ardor

Languet, & in tenui tenduntur acumine fruſtra.
Phœbei crines, nimbos arguit atra procella.
& inferius. *aut tibi rurſum*
Cum matutinos molitur Lucifer ortus,
Ebria ſanguineæ ſubuoluunt vellera nubes.
Namq́ue grauis cœlo fundetur protinus imber.
Nec ſi Sole procul rutila inter ſtagna morante
Emineant radij, radios quoq́. craſſior umbra
Contegat, ille dies pluuijs ventoq́. carebit.
Quin erit imber item, ſi Solem circulus ater
Ambiat exortum: maior ſe denique nimbus
Vrgebit cœlo, maior ſola perluet imber:
Circumfuſa adeo ſi cingula neſcia ſolui
Seruarent terræ ſpeciem torpentia molis.

Sic ex Luna poſſumus vel faciliter pluuiarum imbriumq́. tempeſtates pręſagire. nam ut omittat quæ dicit Aratus (nimis enim excreſceret Oratio.) ſic Virgilius de hac re ait.

Luna reuertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro comprehenderit aera cornu:
Maximus agricolis, pelagoq́. parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper ruber aurea phœbe.
Sin ortu in quarto (namq. is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per Cœlum cornibus ibit.
Totus & ille dies, & qui naſcetur ab illo
Exactum ad menſem pluuia, ventiſq. carebunt.

animalia etiam multa imbrem prædicunt futurum, ut grus, & rana, ac bucula. ſic Valla ex Heſiodo dicebat.

Contemplare etiam cum grus è nubibus altis
Aſsiduos agitat clamores, nunciat imbrem
Venturamq. hyemem, tempusq. indicit arandi

& de alijs ſic Aratus.

Si repetunt veterem ranæ per ſtagna querelam,
Vellera ſi Cœlo uolitent, ſi diſcolor iris
Demittat gemino ſe fornice, circulus albam
Si ſtellam teter uelut ambiat, æquora propter
Si crepitent uolucres, ſi gurgite ſæpius alto
Pectora merſentur, ſi crebro garula hirundo

Stagna

Stagna adeat, rutilæ cum ſint primordia lucis.
Improba ſi cornix caput altis inſerit undis,
Flumine terga rigans, ſi ſcuet gutture rauco,
Pluribus abruptis fundetur nubibus imber.
Imber erit, totis cum bucula naribus auras
Concipit: & late pluuijs ſola cuncta madebunt.
Cum proprias ſolers ſedes formica relinquet,
Oua cauis effert penetralibus, aſpera quippe
Tempeſtas, geliduſq. dies, & frigidus æther.
Inſerit internis terrarum redditus æſtus
Pectora cum curuo purgat gallinula roſtro.
Agmine cum denſo circum volitare videtur
Graculus, & tenui cum ſtridunt gutture corui.
Cum proceræ ſalum repetit clangore frequenti
Ardea. cum paruæ defigunt ſpicula muſcæ,
Et ſi nocturnis ardentibus vndiq. teſtis
Concreſcunt fungi, ſi flammis emicet ignis
Effluus, aut lucis ſubſtantia langueat ultro,
Conuenit inſtantes prænoſcere protinus imbres.
Denique cum patulam torret Vulcanus ahenum,
Scintillas flamma circum labente reliquit.

Quæ omnia ab Arato excerpſit Virgilius, & in ſuis de agricultura libris apprimè exculpſit. igitur non ſolum Cometes, poteſt præſagire futuram imbrem, ſed & illius cauſſa eſſe, ut ſupra adnotauimus. at illa omnia quæ ex Arato diximus non ſunt pluuiæ cauſſa, ſed ſolum ipſam venturam præmonſtrant.

De vera cauſſa & effectu Cometæ. Cap. XIIII.

CVm Deus Opt. Max. Mundum ex nihilo creauerit, vt pulchritudinem miram efficeret, ut Plalonici aiunt. quatuor naturas mundo accomodauit. haſq. ſecundum illā ideam quam æternè in ſempiterna illa beata, ac ſimpliciſsima mente concepit. Cœlitum naturam, corpore vacantem, ac interitu; aeream, aqueam, & terrenam. Cœleſtem, in nouem diuiſit ordines; ut eſſent iter illos beatos ſpiritus, qui ſupremum,

qui medium, qui infimum locū tenerent. qui omnes communi nomine eò dicuntur Angeli, ut ait Dioniſius Areopagita, quod omnium ſit æqua ſocietas: atque ad Dei ſimilitudinem, lucemq. diuinam, una intentione nitantur. Volucrum item naturam in aere locauit. in quo tot, tantæq. auium ſpecies, non niſi ſumma Dei Opt. Max. admiratione ſpectantur. Similiter in aquatiliū natura, forma, ac uarietate. & in terreſtrium natura. in qua, cum multa animantium genera conſtituerit, unum tamen omnibus præpoſuit genus, quod quandam mediam ſortitum eſſet naturam, inter Cœlites, & alia animantia. quod genus humanum fuit, idcirco creatum, ut Deum ſummum bonum inuiſibilē, increatum, æternum, immenſum, iuſtum, ſanctiſsimum omniſciē tem, & omnipotentē cognoſceret, qui homini ſuam gloriam cōmunicare deſiderat. ideo hominis partes ſunt, vt ipſum amet, ut eo frui poſsit. neque ſolum omnipotens Olympi fabricator & cuſtos, hoc in hominum gratiam feciſſe cōtentus fuit, ſed ei oĩa ſubiecit, ut omnibus dominaretur. O mira bonitas, & excelſa ſimplicitas. at cum è ſuo arbitratu homo, & prauorū angelorū ſuadela, qui cum optimi & ſanctiſsimi creati forent: naturæ ſuæ faſtu, ac turgentia ducti, in hunc caliginoſum aerē detruſi ſunt: ſe ipſos, illi ſimplicisſimæ, & æternæ Maieſtati æquare cupientes: à ſuis coequalibus ſpiritibus, ſunt è cœlo in inferna, & caduca hæc dimiſsi. & ob id fortè à Socrate Deorum filij ſpurij ſunt dicti. qui numquam gaudent, niſi cum male operantur, & omnia in hominum perniciem agunt. ideoque eis, & ex libera facultate, ipſorumque Demonum ſuadela homo eſſet emācipatus: ut eum liberaret, miſit Deus filium ſuum, uerbū illud æternum patri æquale quod caro fieret, & ſub lege homo eſſet, qui morte ſua hominem redemit. at neque hiſce contenta eſt diuina Maieſtas, immenſaque bonitas, ſed immitit ſemper Angelos ſuos ut Prouinciis præſint, regionibusq. oppidis, ac eorum Præſidentibus & hominibus ſingulis ſingulos dedit Angelos, vt ipſos cuſtodiant, ac ab immundorum ſpirituum nequitia, ac ui defendant. & ueritatem illuminando edoceant homines, a falſitateq. deterreant. ſic etiam omni animantium ratione carentiū ſpeciei, & herbarum, ac denique omnibus rebus ſuum præfecit angelum. ut docuerunt Dionyſius Areopagita Lactantius Firmianus, Marcus Antonius Natta, & Arcangelus Burgonouēſis,

at cum

at cum hominum iniquitas adeo creuerit, & aucta ſit, vt uindictam, Deiq́. ultionem expoſtulet, tunc miris modis hominē prędocet; ut reſipiſcat, & mutata morum formula, ſanctius, fidelius, ac beatius uiuat. ſi id non effecerit durum genus & ceruicoſum. ſciat arcum ſuum tēdere altiſsimum, & ſagittas parare, & in eis Mortis uaſa. nam ut eſt Valerius Max. author quo magis Dei ultio, ac uindicta remoratur, eo magis augetur & furit. idcirco & áliquibus ſomnia dantur: eſt enim Diuina quædam res ſomnium, ut eſt author Homerus. paucis hiſce uerbis.

καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν

ſic legimus in ſacris litteris Iacob per ſomnium doctum fuiſſe: ſic Ioſeph ſuam gloriam præuidit: ſic Pharao multa cōſpicatus eſt; ſic Magi admoniti ſunt in ſomnis ne redirent ad Herodē, ſic Ioſeph ut in Aegyptum abiret. at ſacra Hyſtoria relicta ad alias ueniamus: ut hoc etiam ſæpe fieri conſpiciamus. Varronianо cum crebro liberos amitteret, in ſomnio præceptum eſt; ut futurum filium uocaret Iouianum, qui poſtea Imperator eſt effectus: cum Iuſtus Iuſtinæ pater Piceni Iudex eſſet, in ſomniis uidit, ſe ex dextro fęmore, imperialem purpuram genuiſſet. quare occiſus eſt à Cōſtantio, uerente ne Imperator ex eo naſceretur. ſed Iuſtina eius filia à Valentiniano Imp. in matrimoniū ducta eſt, ex qua Valentinianus ēt ortus eſt, ſed Imperator cum Seueram cōiungem haberet, ex eaq́. Gratianum ſuſcepiſſet: & Seuera ualde Iuſtinā apud eum celebraſſet: legē de duabus uxoribus accipiēdis ſanxit, & ſic Iuſtinam in matrimoniū duxit. ſic admonitus in ſomnius eſt Theodoſius, ut contra Eugeniū bellū ageret. & Arcadius ut bellum in Gildonē pararet. & Anaſtaſius in ſomnis mortem, propter eius malā fidem (Euthichiū Hereſiarcam ſequebatur.) præuidit. ſed quod uidit Mauritius Imp. hoc modo ex Eutropio ſe habet. cū nocte ipſe dormiret, facta eſt ei uox ex Charactere Magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti dicens, Date Mauritiū, & tenentes eū iudiciorū miniſtri, exhibuerunt, eū ante purpureū umbilicū, qui illic erat. & ait ad eum proprie uoce. Vbi uis reddam tibi, hic an in futuro ſęculo? Quo audito ille reſpondit. Amator hominū Domine, & Iudex iuſte, hic potius, & non in illo ſęculo. & iuſsit Diuina vox tradi Mauritium, & Conſtantiam uxorem eius, & filios, & oēm cognationē domus ipſius Phocę militi. & expergefactus, uocauit generū

ſuum

ſuum Phylippicum, cui omnia reuelauit. & tandem ignominioſe unà cum familia, uxore, & ſuis omnibus interfectus eſt a Phoca milite qui anno ab incarnatione Dominica 595. Imperiũ tiranicè occupauit. Hypp. ſomnium uidiſſe cõmemorat, in quo apertè cognouit Democritum Abderitanum dementia minime captum eſſe. refert Gal. quod pater admonitus in ſomniis, ut Galenus rei medicæ operam daret eſt ſuaſus. & ipſe multotiens rei medicæ arcana præuidit. taceo multa de Cicerone, de Gracco, de Alexandro, de Annibale, aliisq́. multis. utpotè ſciens qđ Deus Opt. Max. & profanis & peccatoribus ſecreta pandit. Aliquando uero homines non ſomniis modo, uerum & prophetis & aliis modis admonentur. ſic Niniuitæ, ut conuerterẽtur ſunt a Iona commonefacti. & Sauli Samuel mittitur. qui cum ob ſcelera & delicta ſua Dominus ei reſponſum nec per ſomnia, nec per vrim, neque per prophetas daret. ad mulierem quæ Pythonem habebat eſt conuerſus. ſic enim impii facere ſolent, quod fecit apud Virgilium illa.

Flectere ſi nequeo ſuperos acheronta mouebo.

& Nathan Dauidi demandatur, & Gad. ſic Ieroboe Salomonis filio: ſic Nadabo Abias: ſic Ezechię Eſaias mittitur. ſic etiam ante Hyeroſolimarũ obſidionem, quæ ſub Tito fuit Ieſus Ananiæ filius a Deo Opt. Max. miſſus eſt. ſic Crœti puer loquitur, ſic Caſſandra Troianis Ilij ruinam prædicit.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, Dei iuſſu, non umquam credita teucris.

Neque enim eſt prophetia, ut eſt Clemens Alexãdrinus author niſi propter obedientiam, uel inobedientiam. ideo Deus Opt. Max. apud Eſaiam dicebat. ſi non peccaſſes hæc non eſſem minatus. aliquando hoc indicat animalibus mediantibus, uel cum uoce, uel cum partu monſtrifico ſic Balahami iniqui prophetæ Aſina loquuta eſt. ſic Bouem loquutum eſſe, & Canem & arbores, apud gentium hyſtorias memoriæ proditum eſt. ſic ut eſt author Herodotus, puluis parua conuerſa eſt in nubẽ apud Salaminem, deinde ad Xerſis exercitum perrexit, & totum obtenebrauit. ſic antequam ipſius deleretur exercitus equa leporem peperit. ſic antequam Sanguntus ab Hannibale deleta eſſet puer dum pareret mater in uterũ reuerſus eſt. neq; ſolum hiſce admonitionibus cupit Dominus nos à uia mala reuocare;

ſed

ſed etiam prodigiis & ſignis. ſic Portentum fuit cum Ara ſciſſa eſt in Bethel Iuda. antequam Dauidis domui Ioſias natus eſſet, & Cinis effuſus eſt, ut prædixerat Ieroboam. ſic Pharaoni, & grando, & ranæ, & innumera alia mala ſunt miſſa. igitur manifeſtum eſt hæc omnia fieri à Deo propter eam cauſſam, quam ſupra bis, terve enarrauimus.

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventorum, & vrbes, regnaq. triſtia
Diuosq. mortalesq. turmas
Imperio regit vnus æquo.

ſic & Cometes & ignes de cœlo mittit, ut Ioannes Damaſcenus ait ad mala uentura præmonſtranda, & cum ſit ignis accenſus ibi vult congregari materiam ab Angelis Iacobus Spenger. & Deus Opt. Max. aliquando malum immittit permittendo ut id Demones faciant, ut in Iobis hyſtoria uiſitur. & in Sarrhæ ſeptem occiſis uiris: qui eius matrimonium appetebant. aliquãdo per Angelos. ſic Angelus in enumeratione populi a Dauide facta, a Dan uſque Beerſeba ſeptuaginta uirorum millia tribus diebus occidit. & cum extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hyeroſolimam, pœnitudine ductus Dominus ſuper malo dixit ad Angelum deuaſtantem populum. ſat iam, remitte manum tuam. ſic & primogenitos Aegyptiorum trucidauit. ſic Sodomam, & Gomoram ſulphure, & igne combuſsit. ideo Petro dicebat excelſus Saluator noſter: cui ſit bonum, honor imperiũ, laus & gloria ab omni creatura in æternum. An neſcis quia poſſum rogare Patrem meum, & mittet mihi pluſquã duodecim legiones angelorum. ſic etiam & Chatedram Petri Apoſtoli cũ teneret Gregorius Pont. Max. & Eccleſiæ Doctor ſanctiſsimus accidit. nam & Angelus deuaſtans ſupra Adriani molem uiſus eſt, qui gladium remittebat, & Arci nomen eſt immutatum & peſtilitas, populiq. ſtrages eſt finita. quapropter nil amplius de re hac dicturus PYRRHE STEPHANVTI: niſi ut omnes reſipiſcamus, & Deum Opt. Max. Orantes uitam immutemus & mores, ne pereamus uel breui momento ex ipſius ira. ſi enim hoc fecerimus recte erga nos accõmodari illa carmina poterũt.

Fœlices animæ quibus hæc cognoſcere primum
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt ipſis pariter vitijsq. iocisque

Altius

Altius humanis exeruiſſe caput.
Non Venus, aut vinum ſublimia pectora fregit
Officiumq. fori, militiæ quæ labor.
Non leuis Ambitio, perfuſaq. gloria fuco,
Magnarum vt fames ſolicitauit opum.

Id ſolum addidero, ſi quid in hiſce breuibus libellis, non ſanctum non Catholicum, non ut verum IESV CHRISTI, & ECCLESIAE ROMANAE ſuæ, ſeruũ decet contineatur, id omne ſit caſſum irritum, & a me non dictum. ſi uero quid boni adſit ſit ei, & ſuæ Genetrici ſemper Virgini MARIAE, honor imperium poteſtas & gloria: quibus me omnia debere affirmo.

Vale.

FINIS.

PYTAGORICA CONSIDERATIO QVO MENSE VIVERE POSSIT EDITVS FOETVS.

EODEM IOANNE BAPTISTA
Venanzio Baſſo Curinaltenſi,
Medico Auctore.

Peruſia, Cum Licentia DD. Superiorum.

APVD BALDVM SALVIANVM
Venetum. M. D. L X X X.

MAGNIFICIS ATQVE ORNATISSIMIS VIRIS

Confalonerio & Prioribus Curi-naltenſibus ac omnibus Ciuibus ſuis.

Ioannes Baptiſta VenanZius Baſſus Medicus. S. P. D.

HOMINES non ſibi Solis natos eſſe, verum & Patriæ, & parentibus, & amicis: eſt memoriç à Diuino Platone proditum. Quam ſententiam (vt vobis vndequaque ornatiſſimis viris, verum fatear) ita à teneris vnguiculis ſum meditatus; vt nihil fœlicius, nihil ornatius, nihil pulchrius excogitari vmquàm poſſe putarim, quàm pro viribus Patriæ inſeruire. Eſt enim veluti genetrix Patria. nam

vt mater in utero ſouet, nutrit, & alit; ſic & Patria & ſo net, & nutrimenta ſuppeditat, & alimenta. Eſt & Genitrix generationis vnà cum genitore principium. ita & Patria. Vnde eſt vt Magnus Platonicus Porphyrius dixerit. Eſt enim veluti Principium quoddam Patria. Et quid, magis aut dici, aut in medium promi poteſt, quam ab aliis eſſe diſcretos, ſeparatos vè? Quod omne Patria facit. Veluti enimuero in ipſa diſtincti, ac ſegregati ab aliis ex Parentibus ſumus; ſic & in mundo, Patria ab aliis gentibus, nationibusq. & diſgregatos, & auulſos facit. Eſt & Charitas, & innatus amor, quibus velimus nolimus, Patriam proſequimur; & pro qua non ſolum diuitias, & filios, verum & vitam ponere nequaquam dubitamus, & mortem oppetere. teſtes ſunt & Codrus Athenarum Rex, & Horatii, & Curiatii, & Coclites & aliorum penè infinitus numerus. neque etiam in patria noſtra teſtes huiuſce rei de eſſent, ſi quis ritè omnia ac examuſſim explicaret. nam ex iſta patria ciues fuiſſe ſcimus, qui coram principibus viris adeò intrepidè, ac ſtrenuè rem patriam. & ipſius fines tueri non ſunt dedignati, vt ſi opus fuiſſet, etiam ſecuri eſſe percuſſos, amaſſent, Verum enimuero multis etiam aliis modis patriæ, inſeruire licet: conſilio, Prudentia, Sapientia, Virtute, ac opibus. quarum plurimis maximè egeo. Nam ſi conſilio patriam iuuare, & Prudentia, ac Sapientia deſiderarem; opus eſſet vt hæc omnia in me eſſent. Virtute vero, (cum ea ſit corporis & animi) ſi iuuare patriam deſiderio flagrarem, neceſſum foret, vt vna, vel altera adeſſet. at cum animi modica ad ſit, ea (quatenus ferre vires poterunt) patriæ inſeruire enitar. Vnde cum DE COMETIS LIBROS TRES in lucem ſub fœlici nomine. Illuſt. PYRRHI STEFANVTII TVDERTINI PER

EXCEL-

EXCELLENTIS IVRIS V. CONSVL. eſſem editurus: Decreui tamquam apendicem, patriæ. PYTAGORICAM CONSIDERATIONEM, QVO MENSE VIVERE POSSIT EDITVS FOETVS. conſecrare idque non ſine ratione. ſiquidem vt CVRINALTI fœtus ſum: ita ei talis conſideratio debebatur. Accedunt & multa alia patriæ ornamenta; quibus allectus, hoc in meum induxi animum. Primum eſt loci amenitas, & aeris ſalubritas. ſecundum agri pulchritudo & fertilitas. Cum ſit CVRINALTVM in Senonum Gallorum mediteraneis, inter antiquos Vmbros; iuxta SVASAM olim inſignem ciuitatem ſitum. Eſt in illa, fœcundiſſimæ ameniſſimæque. triangularis planitiei figura locatum, cuius baſis in Adriatico littore terminatur. de qua mira ſed vera tradit Polybius. ſunt in iſta patria alia non mediocria; vt litterarum cultus & gloria militaris. adſunt enim viri quùm docti, tùm & ſtrenui. qui iuri vtrique vacantes, & rei medicæ, & phyloſophiæ, & Græcam, ac Hebream linguam callent. & ante hos omnes theologorum non exiguus numerus; & milites plurimi religioſi, ac fortes Duces, qui non minus pacis quàm belli tempore patriam defendere ac conſeruare ſtudent. quos ſi nominatim explicare contenderem, & ab re plurimum eſſet, & nimis excreſceret Epiſtola, maiorque opere foret. Igitur nihil CVRINALTO deeſt, non viri non ingenia, non opes. Quapropter bene actum de me eſſe putabo, ſi id quod ratione ſumma vobis viris ornatiſſimis à me conſecratum eſt; id gratum fuiſſe ſenſero. Valete. Caſſiæ Chal. Auguſtas. M. D. LXXVIII.

DE IOANNIS BAPTISTAE VENANTII BAFFI LIBELLO

Ad Curinaltum oppidum Gaſparis Circini Spoletini Proſopopeia.

MANTVA Virgilio toto celebratur in orbe:
Vate ſuo gaudet & venuſinus ager:
Corduba Lucano caput inter nubila condit:
Sulmonis Naſo gloria ſumma fuit:
Tullius Arpino vili monumenta reliquit
Perpetua, ingenij fertilitate ſui.
Te quoq; ſic Baffus Curinaltum extollit alũnus.
Noſcere eois, occiduiſq; plagis.
Scripſit de fuluis opus hic illuſtre Cometis,
Quot genera illorum ſint, fore quodq; monet.
Nunc promit numerũ, populi ſub nomine veſtri,
Septenum, placuit Pythagoramq; ſequi.
Lætare ergo tuo Curinaltum nobile alumno:
Nam tibi maiores accumulabit opes.

PYTAGORICA CONSIDERATIO, QVO MENSE VIVERE POSSIT EDITVS FOETVS.

Ioanne Baptiſta Venanzio Baſſo Curinaltenſi Medico Auctore.

MIHI certè ſi unquam, quidquam admiratione dignum, & mentis, indagine, uiſum fuit: Honeſtiſſimi, ſimulq́. humaniſsimi Ciues. Id præ omnibus uel fuit, uel eſſe debuit, quod ſummus Orator, ac abſolutiſsimus phyloſophus Marcus Tullius Cicero; in Scipionis ſomnio, de numero ſeptenario adnotauit. Qui ab ipſo nexus, nodusve, ac rerum omnium ferè cõplicatio, conſtructioq́. ponitur. Quum ſi quis, mente procul à negotiis ſemota, ac in conſideratione poſitus: ritè animaduerterit; optimeq́. conſiderarit: inueniet profectò nunquàm ſatis uel eſſe, uel fuiſſe ſeptenarium numerum, à quopiam celebratum. Quùm ipſe à Monade Principium ſumat, in qua fontem, numerorumq́. originem eſſe, quùm Pytagoras, tùm & Zaratas

ipſius Doctor, memoriæ prodidere. Quinimmo μονὰς ὁ τὸ πάντων στηριζόμενον. quaſi ſit μονὰς robur & perfectio ſeminum omnium. vndè non immerito ipſi, deitas, ac bonitas attribuitur. Vt ex ipſo omnia manet fluantq́. ac rurſum uiciſsim ad ipſum Monadem omnia confluant, ac reuertantur; ut Orpheus quondam cecinisse uiſus eſt. Quæ non imperitè dicta uidebuntur, ſi quis ad hæc inferna, caduca, corruptibilia vè: Platonico more collabatur, ac deueniat. vt ſi Ficino credamus primo loco bonum, collocatum ſumus: deinde intelligibile: poſt intellectum: rationem deinceps: & poſt ſenſus: hinc naturam: poſtremo ſenſiles qualitates, demonſtrabimus. At ſi conuertamur in Orphei conuerſione, non illepidè Trinitas mira obſeruabitur ſi Cælio Rhodigino ſtemus. nam μονὰς cum ſit principium, producit medium, & finem: medium; producta ad ſe ipſum retrahit: finis redeuntia perficit. quæ omnia faciunt Mercurius, Venus, & Phœbus. nam Mercurius ad ipſum præcipue bonum prolectat. ad intellectum. Venus ad animam Apollo. unde bonum, iuſtum, & pulchrum obſeruabitur. Quapropter in ſeptenario rectè conſpicitur monas. ex matre enim numerorum dyada, ac Monade patre fit ternarius; ex duobus ternarijs & monade ſeptenarius, ex ternario & monade quaternarius. vel (& rectius fortaſſè) ex duabus dyadis. hincq. elementa quatuor eueniunt: quę & ipſa ex ternario fulta, ac ſtabilita ſunt; ut Macrobio placuit. ex quo numero quaternario, & ternario, ſeptenarius conficitur. Completur etiam ex ternarijs & Monade: vel ex quinque & duobus. Hinc ex tribus ſeptenarium conſtare videtur: ex monade, & ſenario; ex binario, & quinario; ex ternario, & quaternario. quare & plenum ſeptenarium meritò eſſe conſpicitur: & idcirco fortiſsimus eſt numerorum. nam ex duplari, & triplari numero, & ſolidum, & cubus oritur. Ex ijs igitur, maximam numerorum neceſsitatem, videre licet; præcipuè, vero ſeptenarij. Nam numeros ante Mundi animā fuiſſe Timeus Locrenſis, non infimus Pytagoricus; & quem Plato eſt ſequutus: ſcriptum reliquit. & anima quid erat apud ipſos, niſi numerus ſe ipſum mouens? in qua ratio λογιστικὸν dicunt, animoſitas, ineſt & cupiditas. Et quid aliud niſi animalis, vitalis, naturalis? quæ monade coniunguntur, connectunturq́ cū elementorum qualitatibus, vel elementis ipſis: ſi elementorum

ſubſtantiæ

ſubſtantiæ ad ſolidum corpus fabricandum conueniunt. Ex quibus, tamquàm ex fœcundo partu, nempe ex Monade Virgini, ideſt Palladi copulatur: nempe ſeptenario. quoniam Pallas ex ſolius Monadis fœcunditate, ac multiplicatione oritur. ſed quæ elementa uocantur ſunt quatuor; tribus diſtincta locis. primo, medio, ultimo. qui combinantur, inter elementa Monadis nexu. primo enim in loco terræmotus, & uenti, fiunt. ſecundo pluuiæ, niues, & grando. tertio Comata ſydera, & aliæ ignitæ impreſsiones. ſi uerò per Mathematicas res: eiuſq́. principia, diſcurramus: ex puncto fit linea, ex qua ſuperficies; ex qua ſolidum poſtea fit; quod longitudine, latitudine, & profundo metitur. Vnde uere M. Tullius Cicero; ait nominum nexum nodumque eſſe ſeptenarium numerum. quoniam Monas uel pares numeros progignit. ſic dyadam, quaternarium, octonarium. uel impares, ternarium, nouenarium, uigeſimumſeptenarium. qui cum monade principio; ſeptem ſunt. quapropter, eſt tanta ſeptenarij uis, & neceſsitas, ut omnia ſeptenario numero moueantur. Oceanus omnium Pater, ut inquit Homerus, ut qui, det Primordia rebus cunctis.

Ὠκεανῦ ὅς περ γένεσις παντεσσι τέτυκται.

nempe vt Ianus Cornarius uertit.

Oceanus cunctis, qui dat primordia rebus.

Septenario mouetur numero. mouentur morbi hoc numero, & qui in ipſis fortiſsimus eſt, regiq́. comparatur; ut Gal. docet. quē præmonſtrat quaternarius. ut Hyppocrates hiſce uerbis demonſtrauit. . . . .

Luna etiam ipſa, ut tradit Seleucus Mathematicus mutat figurā ſepties. Ex obſcura enim, & non apparente, fit cornuta. deinde dimidia ſui parte cæſa. deinceps *ἀμφίκυρτος*, ideſt concaua, & gibboſa. & ſimiliter dimidia parte cæſa, & cornuta lunula. quare recte ſentiunt, & Alexander Aphrodiſienſis, & Macrob. qui lunā ſeptenario moueri aiūt. & ſeptem lyram ueterem ceciniſſe tonis, eſt quidam Poeta auctor apud Clementem Alexandrinū.

Septem noſtra Tonis, pulchros lyra, perſonat hymnos.

Sunt etiam ſydera ſeptem, quæ ab errore *πλανῆται* uocantur: & Publio Nigidio errones. & is numerus, ut ait M. Varro ſeptentriones maiores, & minores facit, in cœlo. Vergiliæ etiā, quas uocant *πλειάδας* ſeptenario includuntur. Circulos quoq; circa axis

longitudinem ſeptem eſſe affirmat. Et zodiacum haud ſeptenario carere ſtatuit. nàm in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium, à bruma. in ſeptimo bruma à ſolſtitio: in ſeptimo æquinotium ab æquinotio. & Alciones diebus ſeptenis nidulantur in mari. Et Denarius perfectus numerus, ex tribus ternariis, & monade, uel ex, ſeptenario & ternario conſtat. Hinc eſt etiam, ut ſeptenario numero includantur ſapores omnes, ac colores, ut Ariſtoteli Peripatheticorum Principi, & Theophraſto eius diſcipulo placuit. Et metallorum genera tot exiſtunt. quæ Monadi componuntur. Poſſem inumera Theologis decantata huc afferre. ut ſunt ſeptem Candelabra: ſeptem ſpiritus antè tronum. ſeptē ſtellæ, in manu filii hominis, ſeptem Eccleſiæ, quæ ſunt in Aſia. ſeptē Phyalæ, ſeptem libri ſignacula, & ſeptem Angeli, qui habebāt ſeptem tubas: & ſeptem tonitrua, & beſtia cum ſeptem capitibus ut apud Ioannem Beatiſsimum Euāgeliſtam in Apocalipſi leguntur. Et Saluator noſter, uerus Deus, & uerus homo, nos docuit quottidie ſeptenario numero omnia in oratione Dominica ab altiſsimo omnium Creatore petere. Dauid ſepties laudes Deo Opt. Max. canere ſolebat; quem imitatur Eccleſia, ſeptē ſunt ipſius ſacramenta, ſeptem miſericordiæ opera. ſeptem ſpiritus ſancti dona. ſeptem uitia quæ nos a Deo ſeparant. ſeptimo die poſt omnium creationem requieuit ab omni opere Creator Deus. quod innuit Homerus

Sacra dies verò poſt hac, tum ſeptima venit;
Et ſeptima ſacra fuit.

Quod & Callimacus quoque Poeta ſcribit.

Omnia ſeptenaq. die perfecta fuere.

fiebat, & Iobeleus, tranſacto ſeptimo ſeptenario, & erat annus quinquageſimus. & remittebantur crimina, hinc numerus remiſsionis dictus; & ideo ſerui in anno ſeptimo manu mittebantur, terraq. a cultura uacabat. ſunt & qui ſecretiores Theologi dicuntur qui dicant in ſeptimo millenario terram, nouam, nouumq. Cœlum futurum eſſe. unde & Dei Eccleſia ſeptenariū ſacrum uocat. At ad hominem ueniamus, cuius gratia hæc litteris mandamus. ex anima conſtat, & corpore in illa Trinitas, in hoc ternarius numerus conſpicitur. ideo ad imaginē Monadis creatus eſt homo, ut Auguſtino uiſum eſt; & ante eum Moiſi, ad Dei n. imaginē eſt creatus. in anima oēs actiones ſυνεόντι χως

Memoria

Memoria uelle. in corpore humores quatuor, qui elementis reſpondent. qui humores monade copulantur. Hinc eſt, ut per ſeptenarium diem Embryo formetur; ut Hyppocrati, Ariſtoteli, Marſilio Ficino, & Egidio eſt uiſum. ſed antequam iſta promulgentur, hæc in primis licet præfari. quod noſtra natura per ſeptenarium decurrit, per menſes, per annos. illic dentire, dentes renouare, pubeſcere, cõſiſtere, uiuere, ac mori. Hinc in impari die, menſe, anno, uita migrari putat Hypp. Quod Solon apud Clementem Alexandrinum hiſce carminibus celebrauit.

Infans ſeptenos, poſtquam compleuerit annos
Producti dentes vallo vt oris erunt.
Poſtquam ſeptem alios Deus huic conceſſerit annos,
Fit pubes, ſemenq́. huic genitale datur.
Verum ſeptem alijs, poſt quam annis creuerit ætas,
Denſa ſeges barbæ contegit orta genas.
Additus eſt illi cum ſeptenarius alter,
Vir tùm Virtutis, fortia ſigna dabit.
Sed monet adueniens vxorem ducere quintus;
Poſteritatis, & hunc tùm meminiſſe ſuæ.
Solers ingenium, firma, & prudentia, ſexto eſt.
Stulta ne hunc deinceps facta videre iuuat.
Septimus acceſſit cum ſeptenarius, atque
Octauus, lingua pollet, & ingenio.
Nono aliquid poſſunt, ſed iam minuuntur in illo
Vires, qui peragunt fortia facta viri.
Sed Decimus cum alios ſeptem perfecerit annos,
Maturam Mortem triſtia fata dabunt.

Quod & Callimacus dixit

Luce qui ſepteno ex ripis Acherontis abimus.

Quinimmo menſes, & anni, ſeptenario conficiuntur. & animalis corpus, quàmdiu uiuit: per ſeptem neruorum paria regitur. in quo per triginta & unum ſeptenarium; numerus completur & inſtauratur. Caput per totidem muſculorum paria. hinc oculus per ſeptem tunicas componitur. ſunt etiam in noſtra facie ſeptem ſenſuum inſtrumenta. duo quidem oculorum: duo autem meatus, auditus. Duo narium, & oris ſeptimum. & dentes aliquibus per quatuor ſeptenarios perficiuntur, & alijs pluribus per quatuor & dimidium ſeptenarium. & organorum

organum manus, ut Ariſt. ait, non nè per bis ſeptem articulos completur? ſed & in maſculorum numero, quibus regitur corpus; ingreditur ſeptenarius, & ſolum ternarius ſupereſt. ſic & oſsium numerus per ſeptenarium completur. in quo per triginta & unum ſeptenarium; numerus completur & inſtauratur. in qua ſupputatione ēt quater ingreditur ſeptenarius & ēt ternarius ſupereſt. Quin etiam cerebrum, cor, pulmo, iecur, lien, uentriculus, inteſtina, ſeptenario in numero ſunt; quæ membra hominem efficiunt ita ut uiuat ipſe. Quare conſiderandū ſemper duxi, id quod (Iamblico referente) Pytagoras ex Orphei ſententia dicebat. Numeri ſubſtantiam ſempiternam eſſe; planè Principium omnis cœli, & terræ, & mediæ naturæ. & Deorū Dearū & demonum ſedes radicare. Igitur per belle Diuus Auguſt. & hæreticorum malleus, & uariarum lectionū, ut Franciſcus Phylelphus ait, inſignis Doctor. ſeptenarium numerum, animam, & corpus iudicare dixit. ideo bene eſt a Callimaco dictum

Septimus in primis, perfectus ſeptimus extat,
Sydereo in cœlo ſeptem perfecta fuere
Orbibus: omnia quæ apparent voluentibus annis.

Et recte quidem; quoniam ſi Hypp. uel Polybo ſtandū mulier Cantrix, cum ſeptem retrò proſiliſſet ſexta die, folliculū quod genituram appellauit, emiſit; & non ſeptimo, ut Macrob. putat. quū Embryo fuiſſet, & non genitura. nam in ſex diebus fit ſeminis corruptio, & folliculi generatio, in quo ea apparent, quæ recenſet Hypp. cui non reluctatur Gal. ut per dies quadraginta, uel quadraginta quinque ſit generatio completa, qm̄ nō ſolum proportio arithmetica ſeruatur, uerū & muſica. Vnde Pytagoras, ut eſt apud Laertium dicebat; quod infans formabatur in utero, intra quadraginta dies. & ſecūdum rationes harmonicas, perficiebatur in ſeptimo, nono, uel ad ſummum decimo menſe. & ut habent hæbrei formatur fœtus ſeptem mēſium, intra quintum ſeptenarium. quod componitur ſecundum rationē geometricam, arithmeticam, & harmonicā: ex cōpoſitione 6. 8 9. & 12. ideo in ipſo forma diapente, & diateſſeron reperitur, ac rurſus diapente; ut poſsit ex duabus diapaſon oriri. & ex omnibus fiat diapaſon diapēte. quoniam aliter fieri haud poſſet, quum ſeptenarius, in quadragintaquinque, per ſenarium, numerū, qui perfectus eſt, & γαμον a Pytagora dictus; reperiatur. eò dictus eſt

γαμον

γαμον ſenarius ut ait Plutarchus: quoniam paris, & imparis cõmixtionem habet. & ideo Pytagoras generationi, & nuptiis accomodari ſcribit γαμον igitur ſeptenarius perfectiſsimus eſt. omnia enim tamquam in nexu & nodo colligat, & firmat. quare haud immerito Homerus dixit.

Τρὶς μακάρες δαναοὶ, καὶ τετρακὶς οἱ τοὶ ἄλλοντο.

Quod ſic vertit Virgilius.

O terq. quaterq. beati, qui tunc opetiere.

Nam ſi numeri, ſint ut ait Pytagoras omnium cauſſæ, hæc quæ uidentur in hoc inferiori globo, erũt numerorum effectus. quãuis hæc Ariſtoteli non probentur. At putandum tamẽ, quod in numeris, perfectos intelligo; non deficientes, ut octonarius; neque ſuperabundans, ut duodenarius; multa in rerum natura uideantur. prætermiſsis etiam iis quæ Vitruuius, & Daniel Barbarus adnotarunt. neque hoc de numeris negotium Conciliatori improbatur. Quapropter uidere licet humanam naturam, per numeros progredi, & in hominis menſura, ſuaque omnimoda compoſitione & in procreationis tempore, natiuitatis, uitæ totius, & mortis. neque huic rei refragatur Varro, Aulo Gellio referente; neque etiam improbatur Ariſto. nam cum in vterum demandatum eſt genitale ſemen, primis ſeptem diebus conglobatur, nempe Embyo fit. aptus ad humanam figuram ſuſcipiẽdam & ſeptimo ſeptennario totus homo abſoluitur. quod apud Hebreos eſt etiam ſancitum, ut eſt apud Clementem Alexandrinum, ſi debeat fœtus prodire, & in lucem nono menſe exire; nam priuſquam ſint prægreſsi quadraginta quinque dies; non perficitur. cuius compoſitio conſtat ex quatuor, ternariis duobus, tribus quatuor, quinque ſcilicet, ex 6.9.12.18. & aliquando aduenit ternarius, etiam. Hinc eſt ut optime dixerit Galenus. Nec pleraſque igitur mulierum (earum dicit) in medio temporis ſpatio, intra centum nonaginta dies, & ducentos peperiſſe animaduerti. paucas tempeſtiuius, aut tardius; nullas plane celerius centeſimo, & octogeſimo ſecundo die, cum dimidio, & quibuſdam horis. uel poſt exactum quartum ſupra ducenteſimum. Quare mirari diuiniſsimum Auicennam hac in parte ſubit. qui putabat, mulieres quæ octimeſtres fœtus uitales pariunt, ſe ipſas in ſupputatione eſſe deceptas: & tamen mulieri crediderit uitalem ſexto menſe completo fœtum edidiſſe.

Quod

Quod eſſe haud pōt, quùm ex Pytagora, tùm ex Gal. ex Pytag. qm̄ in ſexto mēſe dies ſunt 174. in quibus ſeptenarius per duodenarium bis ingreditur; qui numerus eſt ſuperabundans; non perfectus. quāuis in illa ſupputatione remaneat ſenarius numerus, qui perfectus eſt ut diximus. At in ſeptimo, (ſi mēſis, ſi dies, ſi annus Hyp. & Gal. more accipiatur, & nō ut Franciſcus Valeriola alioquin vir doctiſsimus accipit per uiginti octo dies) in quo Galeni ritu per viginti ſeptē vices, aut per viginti octo, vel per viginti nouem, nec quidem monas ſupereſt: uiuere poteſt. Et ſi ſoli mulieri pariendi tempus incertum eſt; omnibus autē animalibus alijs ſtatutum à natura tempus ſit: tamen fœtus, qui maturius quàm ſeptimo menſe prodit, ac foras in lucem egreditur; nullo modo eſt uitalis. cuius rei, eſt & locupletiſsimus teſtis Ariſtoteles. Ex quibus videre licet, quam parum firma fuerit Auicēnæ credulitas. ſed fortè mulieri illi. id accidit, quod Neronis vxori prius acciderat, ut dixerit Nero, ut eſt auctor Suetonius Tranquillus, Fortunato Imperatori, etiam vxor ſexto mēſe parit. ſed nil mirum fuit, cum antea à pellice eſſet utero gerens reddita. Vnde Plinius dicebat. Cœteris animantibus, ſtatutum & pariendi, & partus egerendi tempus eſt. Homo toto anno, & incerto gignitur ſpatio. alius ſeptimo menſe, alius octauo, & uſq; ad initia decimi, vndecimiúe. Ante ſeptimum menſem haud unquam uitalis eſt. hactenus Plinius. noſco etiā ego mulieres quaſdam, quæ duodecimum menſem, & completum fœtū geſtarunt. at octauo menſe, in quo ingreditur per vices triginta tres, ſeptenarius, unitasq. remanent uiuere in Aegipto cenſet Ariſt quem Speronus Patauinus eſt imitatus. quod haud Galenus credit. ideo dicebat Plinius tranſlatitium in Aegipto eſſe ut gignatur octauo. quod etiam Aſtrologis haud probatur, quoniam octauus menſis Saturno ſubijcitur, qui uitæ hoſtis dicitur. Et in ſeptimo uiuere poſſe idcirco affirmant; cū Lunæ ſit datus. contrà ſexto, uel quinto menſe, quoniam Mercurio, & Veneri dicati ſunt. at nono, Ioui, qui eſt fortuna calidus, & humidus, attributo, poteſt fœtus in ipſo ortus uiuere, ut Ptolemeus cenſet. At Pytagoras ideo accidere putat, quoniam per vices triginta ſeptem ingreditur ſeptenarius ſic uiuere. poſſunt fętus æditi, decimo, & undecimo menſe quia per quadraginta, & monade, & per quadraginta quinque ſeptenarius ingredi-

tur

tur in ipſis menſibus. & alijs etiam deinceps mēſibus ut per decimumquartum menſem: nam & in ipſo, uel exacto, ſi in lucē uiuant, uiuere fœtus poſſunt. ſi Papirio Prætori, & Iureconſultis ſtandum. Sed non uiuit fœtus octauo æditus menſe; ex Hypp. & Halliabate. quoniam in ſeptimo, mouetur fœtus: & motus ideo fit, ut Auicēna uult, quia & maiore euentatione, ac nutrimento eget. hinc igitur calcitrat, & calcitrando ſe fatigat, ut uirtus etiam expultrix labe afficiatur. unde nec fœtum extra protendere poteſt. at ſi protendatur uiuunt, nam multas moleſtias haud paſſus eſt. at ſi ſeptimo, in lucem non egrediatur, iam debili facta uirtute, & octauo foras prorumpat, non reſtauratis reſarcitisq́ viribus per integrum menſem, neceſſario moritur. quod etiam expreſsit Valeriola. attamen non fit abſq́. ſeptenarij concurſu; quod etiam Polybus expreſsit. alia autem ratio eſt, cur nō uiuat octimeſtris partus. quia ipſi fœtui ſurſus recurrens vterus, diſtenditur vmbilicus. eo diſtencto, non facile ei ſubminiſtratur alimentum: unde imbecillis redditur. Diocles & Empirici, non inficiantur poſſe & fœtum octauo menſe naſci. at ſi oriatur, miſere uiuit. quod nec negant Ariſt. & Plinius qui de Ceſonia Caij Principis coniuge octauo menſe ędita, verba facit. Sunt qui Zodiacum, per omnia ſectentur. iſti dicunt, non poſſe octauo menſe ortū fętum uiuere quoniam nullam ſympathiam, habet cum Scorpione Aries. cum ſit Aries calidus, & humidus; Scorpio frigidus, & ſiccus. Cœterum quùm omnia iſta, nullum uel probabile afferant argumentū. ſtatuendum erit, quod uera ſit Pytagoræ ſententia. dicant quid quid velint & Ariſt. & ipſius Comentator Auerroes. quoniam experientia; id quod de ſeptenario dictum eſt probari poteſt. nempe noſtram naturam ſeptenario moueri, numero. hincq́. Iure cenſuit Actuarius eſſe numerorum fortiſsimum ſeptenarium. Cauſſam autem, cur noſtra natura hoc motu, moueatur, nullā aliam eſſe crediderim, quam Hyppocrates docet. niſi quia humores quatuor ex quibus noſtrum corpus conſtat, qui ex elemētis deueniunt ita per ſeptenarium numerum mouentur, ſic etiam elementa aer, ignis, tellus, & aqua; quoniam uniuerſa hęc ſublunaris machina à Cœleſtibus orbibus mouetur, qui a primo mobili, per ſeptenarium decurrente mouentur.

FINIS.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.

VIX fieri poſſe crediderim, humaniſsime Lector, vt quamuis in cudēdis libris, omni diligentia quis vtatur: quòd poſsint illi; ſine aliqua labe, foras prodire. præſertim, cū iuuenes, (vt ex natura, parum ſolertes ſunt:) illis, manus admouent. Vnde à nobis effectum eſt, vt errata, quæ maioris ponderis, ac momenti ſunt; hoc in loco ſint adnotata, puncta verò commata, accētus, virgulæ, & huiuſce generis alia, illaq; quinetiam quæ ita grauiora non exiſtunt; Benignitati tuæ ſunt relicta & vt interea tibi negotium facile redderetur, primam paginæ faciem cum elemento a, ſecundum verò cum elemento b, adnotauimus, necnon verſiculos cum numero eorum. quare hunc noſtrum laborem hilari vultu accipe, & diu fœlix viue. Vale.

Errata ſic corrigantur.

FOlio primo littera a, uerſ. 15. pro φιωνκα lege φιωνκά, & uer. 17. pro φιωνκά φιωνκά. & eodem fol. littera b, verſ. 2. pro ut in mū do toto, ut mundo toti, & uerſ. 8. pro uitati uitam, & fol. 2. littera a, uerſ. 21. pro faciem facem, & uerſ. 31. pro dira bella peſtē, lege diram peſtem, & uerſ. 32. pro poſsit uidere, lege poſsit. quod uidere. & fol. 3, littera a, uerſ. 15. pro μητέρα μητερα, & fol. 4. litte. a, uerſ. 6. pro qui inſanientem, qui ut inſanientem, & uerſ. 8. pro eſt uocatus uocatum, & uerſ. 15. pro Amitilia Amicla, & uerſ. 26. pro Cometæ uel rubeum, Cometæ colorem uel rubeum, & littera b. eiuſdem fol. uerſ. 19. pro nimborum orionem, nimboſum Orionem, & uerſ. 30. pro appellant appellunt, & fol. 5. litte. a, uerſ. 21. pro Proua Prona, & uerſ. 23. pro increptis inceptis, & uerſ. 25. pro mouearur moueatur, & fol. 6. littera a, uerſ. 10. pro creans ſtella errans ſtella, & uerſ. 19. pro Iudicas iudicas, & fol. 7. littera a, uerſ. 2. pro pertingunt pertingant, & uerſ. 21. pro humori humor, & uerſ. 22. pro fabefactus fabrefactus, & fol. 8. littera a, uerſ. ultimo, pro Coma comam, & littera b, uerſ. 22. pro rubeus rubens, & fol. 9. littera a, uerſ. 6. pro uidemus uideamus, & littera b. uerſ. 10. pro uenitet uehit, & fol. 10. littera b. uerſ. 13. pro Memio Memmio, & uerſ. 14. pro latini Latini, & uerſ. 17. pro promitimus promiſimus. & fol. 11. verſ. 4. littera a, pro ficcus ſiccus, & littera b, uerſ. 26. pro ardere ardore, & uerſ. 32. pro celebratentur celebrarentur, & fo. 12. littera a, uerſ. 13. pro Scipionem Aphricanus habuiſſe uidetur ita dicens Scipionem Aphricanum habuiſſe uidetur ita dicentē, & uerſ. 25. pro ex luce ac luce ex uita ac luce, & littera b. uerſ. 20. pro Cometa ſtella Comata ſtella, & uerſ. 25. pro menſem Mentē. & fol. 13. littera a, verſ. 19. pro priore priores, & littera b, uerſ. 4. pro Haſcere Naſcere, & fol. 15. littera b. uerſ. 12. pro Vaſes Vates, & uerſ. 14. pro ractu iactu, & uerſ. 28. pro fereus ferens, & fol. 16. littera a, verſ. 31. pro fuitur fruitur, & littera b, uerſ. 3. Frühſium Fuchſium, & uerſ. 7. pro At quum Luna At quur Luna, & uerſ. 17. pro ſeccentur ſecentur, & uerſ. 29. pro priuatum priuatur, & fol. 17. uerſ. 6. littera a, pro Michaelle Michaele, & fol. 18. littera a, uerſ. 7. pro ſextum ſextus, & uerſ. 33. pro mox nox, & littera b, uerſ. 14. pro græci dicunt. itaque lege græci dicunt cauſſæ. itaque, & fol. 19. littera b, verſ. 28. pro fecunda ſecunda, & fol. 20. littera a, uerſ. 25. pro quę quare, & littera b, uerſ. 14. pro uniuerſi uniuerſo.

uerſo, & uerſ. 20. pro Meleſio Meletio, & fol. 21. littera a, verſ. 8. pro præſciſſe præſiſſe, & uerſ. 24. pro fiqnt fiunt, & fol. 22. littera a, uerſ. 35. pro prooter propter, & littera b, uerſ. 3. pro pacem parem, & fol. 23 littera b, uerſ. 4. pro illa aquea eſt illa humiditas aquea eſt, & fol. 25. uerſ. 17. pro effundent effundant, & littera b, uerſ. 12. pro paruis paucis, & fol. 27. littera b, uerſ. 10. pro uitum capeoli, uitium capreoli, & uerſ. 29. pro filiaque filaque, & uerſ. 32. pro abſimiles abſimile, & folio 28. uerſ. 6. pro Animulæ Animula, & uerſ. 26. pro rubeus rubens, & uerſ. 34. pro ſpectabatur ſpectabantur, & littera b, uerſ. 2. pro ſpinis ſpiris, & fol. 29. littera a, uerſ. 29. pro Et noſter, Et ut noſter, & uerſ. 31. pro Bacchius Bocchius, & fol. 30. littera a, uerſ. 32. pro arumnarum ærumnarũ; & fol. 31. littera a, uerſ. 6. pro ficulo freto ſiculo freto; & fol. 32. littera b, uerſ. 13. ſic igitur ſic igitur, & fol. 33. littera a, uerſ. 20. pro ſaces Faces, & littera b, uerſ. 19. pro cornæ comæ, & fol. 34. littera a, uerſ. 12. pro Acliano Aeliano, & uerſ. 17. pro ſolino Solino, & uerſ. 20. pro Pterum Puerum, & littera b, uerſ. 32. pro in ita, & fol. 35. littera a, uerſ. 26. pro cogitarunt cognita ſunt, & littera b, uerſ. 31. pro quod euenit quum ab, quod euenit quum ob, & fol. 36. littera a, uerſ. 18. pro ανδροχομάτων ανδροκομιτης; & uerſ. 22. pro fabiorum Fabiorum, & littera b, uerſ. 21. pro quique cum quique cum, & uerſ. 31. pro fotino Fotino, & uerſ. 34. pro ainis armis, & fol 37. littera a, uerſ. 2. pro taceret tacere, & fol. 38. littera b, uerſ. 23. pro ſabellis fabellis, & fol. 39. littera a, uerſic. 12. pro zomæ zonæ, & fol 40. uerſ. 32. pro effomans efformans, & uerſ. 33. pro niſi generentur niſi generarentur, & littera b, uerſ. 16. pro κορρας κόρρας, & fol. 41. littera a, uerſ. 33. pro Hæc ergo Hac ergo, & littera b, uerſ. 24. pro petellæ patellæ, & fol. 42. littera a, uerſ. 14. pro Prægeſtientis Prægeſtientis, & uerſ. 24. pro anphoris amphoris, & uerſ. 28. pro mergetitur mergitur, & fol. 43. littera a, uerſ. 6. pro eruginæ ærugine, & fol. 44. littera a, uerſ. 27. pro ſine ſiue, & littera b, uerſ. 15. pro cantus catus, & uerſ. 27. pro Veſſalos Teſſalos, & fol. 45. litt. a, uerſ. 2. pro alii alas, & uerſ. 27 pro quãuis Planetæ ſcintillent, quamuis Planetæ non ſcintillent, & fol. 46. littera a, uerſ. 10. pro Qeinto Quinto, & uerſ. 32. pro Diniſio Dioniſio, & littera b, uerſ. 29. pro Rhabarbarbarum Rhabarbarũ, & fol. 47. littera a, uerſ. 31. pro que ut, quare ut, & fol. 48. littera b, uerſ. 29. pro quædam quamdam, & uerſ. 30. pro rubedo rubedinem, & fol 49. littera a, uerſ. 6. pro Thelephrum Thelephium,

& uerſ.20.pro pinguens pingue, & uerſ.28.pro Daniellē Danie-
le, & littera b, uerſ. 11. pro ait aut, & fol.50.littera a, uerſ.5.pro
Chyſocolla Chriſocolla, & uerſ.14 pro Acies Aries. & fol.51. uer.
14. pro proportiones proportione, & littera b, uerſ.12.pro paraſ-
ſet paraſſet, & fol.52.littera a, uerſ.26. pro anro auro, & littera b,
uerſ. 6. pro Pius Pieus, & fol.53 littera b, uerſ. 11. pro perceſſus
percuſſus, & fol.55.littera a, uerſ.37.pro dici diri, & littera b, uer.
ultimo pro aer sacris, & fol. 56. littera a, uerſ.16.pro Vulcauus
Vulcanus, & uerſ.17. pro ueniens uenientem, & littera b, uerſ.
18. pro ſibi tibi, & uerſ. 26. pro nude nube, & fol. 57. littera b,
uerſ.9. pro exhatio exhalatio, & uerſ. 33 pro muundi mundi, &
fol.61. littera a, uerſ.12 pro Tharaſcias Thraſcias, & uerſ.30. pro
ſete, & uerſ.35. pro Carrum Caurum, & fol.62.littera a, uerſ.32.
pro frœnunt frœmunt, & littera b, uerſ.1 pro dica dico, & uerſ.
6. pro heirorem Herouin, & uerſ. 19. pro frigidiuſcula frigidiu-
ſculas, & uerſ. 21. pro ac acr & aer, & fol.63. littera b, uerſ. 30.
pro Cure Chare & fol. 65.littera b, uerſ.31.pro cluitates Ciuita-
tes, & fol. 66 littera a, uerſ 11. pro res re, & uerſ.16. pro ſoriiti
fortiti, & uerſ. ultimo, pro habeat abeat, & littera b, uerſ.primo.
pro habeat abeat, & uerſ 15.pro abat abit, & fol 67.littera a, uerſ.
17. pro eorum earum, & littera b, uerſ 4 pro Clitonii Clitorii, &
fol. 68. ha a, uerſ. 1. pro libenti bibenti, & uerſ.3.pro redolebat
reddebat, & littera b, uerſ.19.pro & Comete & a Comete, & fol.
69.littera a, uerſ. 7. poſt ſolium lolium, & uerſ. 14.pro ſucco ſic-
co, & littera b, uerſ 28.pro quid qui, & fol.70.littera a, uerſ.5.pro
[illegible], & littera b, uerſ.3. pro animalibas animalibus, & fol.
72. littera b, uerſ.11. pro nidi nili, & uerſ.20.pro diacunculus dra
cunculus, & uerſ.23.pro eurium crurium, & uerſ.32.pro muſcu-
letis muſculoſis, & uerſ. 37. pro iure quieti irrequieti, & fol.73.
littera a, uerſ.11. pro multa mulſa, & littera b, uerſ.13. pro ſeleu
cium ſeleuciam, & uerſ 20. pro eſloſores eſſolſores, & fol 74.lit-
tera a, uerſ.6. pro unoquaque unoquoque, & uerſ.21.pro hyſto
ricarum hyſtericarum, & uerſ. ultimo.pro Brittania Brittanica,
& littera b, uerſ.9. pro Michaelle Michaele, & fol. 75. littera b,
uerſ. 16. pro ſubireſcens ſubiraſcens, & uerſ. 18. pro loturis late-
ris, & uerſ.25. pro pituitate pituitæ, & fol.76.littera b, uerſ.8.pro
apparitionis apparitiones, & fol. 77. littera a, uerſ.16.pro mani-
bus matribus, & uerſ 20.pro foutis fontis, & uerſ.21. pro capret
caput, & uerſ.26.pro ciuus dirus, & littera b, uerſ.16.pro obſer-

natum

natum obſeruatum, & fol.78.littera a,uerſ.1 pro Romani Romanos. & uerſ.2.pro Cometæ Cometa,& fol.79.littera a,uerſ 3.pro illas illius. & uerſ.11. pro Creſem Criſem, & uerſ.14. pro colore calore, & littera b, uerſ.29 pro obrati obruti, & fol. 80. littera b, uerſ.19.pro pelſatos peltatos, & uerſ.21.pro pelſati pelſibus peltati pelubus, & uerſ.23 pro oueis ocreis, & uerſ.24.pro conſo conto, & uerſ.35 pro cedeis cocleis, & fol.81.littera a, uerſic. 2. pro in Cypri, in Cypro, & uerſ.17. pro Conrado Corradi, & uerſ.21. pro ſi hunc, ſi hoc, & littera b, uerſ.16.pro iulegrum, integrum, & uerſ.18.pro Euſepius Euſebius, & fol. 83.littera a, uerſ.19.pro comaq coma quæ, & folio 84.littera b, uerſ.9. pro uigeſimi, uigeſimus, & uerſ.22 pro aut parcoli haud pactoli, & fol. 85. littera a,uerſ. 6 nec minus, & minus, & uerſ.14.humiditas illas,illa, & uerſ.20. conſupto, conſumpto, & uerſ. 26. Brammanorum, Bragmanorum, & uerſ. 36. diſrumpit. diſrupit, & fol.86.littera b, uerſ.36.Pregaſpes, Prexaſpes, & fol.90.littera b,uerſ.penult. ſtebilis, ſtabilis, & fol.92.littera b.uerſ.1. eſt, ex ſanguine, & fol. 93. littera a, & uerſ.17. dictione, ditione, & uerſ.31. afferata, efferata, & fol.eod.littera b, uerſ.15. Euſepium, Euſebium, & fol.94. littera a. uerſ.8. illum, illud. & fol 95. littera a, uerſ. 10. tumultuantia, tumultuaria, & fol. 97. littera a, uerſ.35.obſcidiſſe, abſcidiſſe, & fol. 98. littera b, uerſ. 27. Thoni, thori, & uerſ 28. ſecantur, ſecaretur, & fol 99.littera a, uerſ.13.initria, initia, & uerſ.23.accripitris, accipitris, & uerſ.ultimo,detineret, deſineret, & fol.101.littera b, uerſ.2.nimbos arguit,agit, & uerſ. 22.ruber, rubet. & fol.102.littera a,uerſ.33 Plalonici,Platonici,

REGISTRVM.

¶ ¶¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc a b c.

Omnes ſunt Duerniones.



P E R V S I AE,

Apud Baldum Saluianum Venetum.

M D L X X X.